



Faint, illegible handwritten text on a single page of aged paper. The text is mostly obscured by bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten numbers and symbols on the right edge of the page, including 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100.



1679.

1. Dehne, Caspar: De eo, quod iustum est circa matrimonium uxorietate
2. Beizer, Joh. Antonius: De communicatione pœnarum.
3. Beizer, Joh. Antonius: De decretis expectatiuis
4. Beizer, Johann Antonius: De eo, quod iustum est circa redemptionem annui redditus.
5. Hammer, Georg Reichardus: De testamento implicito
6. Hammer, Georg Reichardus: chthonius Peregrinus ad Codic. lib. I lib. II, VII, VIII, IX, X, XI, XII. perbreuissimas dissertationibus explicatus
7. Kunkhus, Johann Heinrich: De acceptatione epe que necessitate.
8. Linck, Heinrich: N. nigro.
9. Linck, Heinrich: Testum iur. canon. iudicium.
10. Linck, Heinrich: De iuris Tustiniani receptione atque autoritate in Germania. p. I.

1679.

11^{ant} Linck, Hanscum: De apostasia studiorum

2 Sept. 1679 et. 1717.

12. Schnetter, Sebastianus: De matrimonio cum damnato
ad mortem contrahendo. Dec. 1727.

13. Ullrich, Gualter. Christianus: De constitutione et adultera
homicidii nunciis.

14^{ant} = Feidler, Johannes Georgius: De carcere debitorum
2 Sept. 1679 et. 1737.

1680

1. Neumann, Johannes Augustus: De clausulis rescriptorum

2. Bruno, Jacobus Pincelator: De transcriptione inscribiti.

3. Putschmerus, Christianus Subvarius: De delictis et poenis
universitatum.


4. Hammer, Georg Richard: Antonius Perezus ad Codic.
67^{II} Tit. XIII, XIV, XV, XVI, XVII, XVIII, XIX praeceptis
simulacionibus explicatus.


1680

5. Heber, Marcus Antonius: De postulatioue Cou-
nisa.
6. Leichter, Fridrich Jacabus: Tuis mercatoris delicta
7. Linck, Henricus: De commatibus Gem. Pra. Michel-
Riden. Rec. 1727.
8. Linck, Henricus: De immediatarum imperii protes-
tantium fore in causis matrimonialibus.
9. Linck, Henricus: Secundatis nationis Germanicae
3 Sept. 1680, 1735 et 1742.
10. Linck, Henricus: De jure Furtinjenis receptione
aque auctoritate in Germania p. I.
11. Linck, Henricus: De probestate computatoria
12. Linck, Henricus: De jure liberatorum contra veteres
scepiteros, abstr. sturii impediennes.
13. Linck, Joh. Henricus: De subis.
14. Wirth, Adam Phisippus: De exceptione judis
suspecti

1680

14. Witzel, Johann Philippus: Deceptione judicis
suspecti.





H. iur. 2. num. 19.

22
HEINRICI *Linckß,*
DOCTORIS, ANTECESS. ET CONSIL NORIC.
COMMENTATIO
IVRIS PVBLICO-CANONICI, *27*

DE
CONCORDATIS
NATIONIS
GERMANICAE, *1680*
45

ANTEHAC
IN VICEM DISSERTATIONIS
SVB EIVS PRÆSIDIO

P. 13.
IN
INCLVTA ALTDORFFINA

A
IOH. MICHAEL FALCK
PVBLICE VENTILATA

NVNC
OB PRÆSTANTIAM SVAM
RECUSA.

VITEMBERGAE,
IN OFFICINA HAKIANA.
M DCC XLII.

(10)

KÖNIGLICH
UNIVERSITÄT
ZU HALLE

HEINRICI QUINQUE
DOCTORIS ANTIQVARI ET CONSILII HONORARII
COMMENTARIO
IN RE PVBVICO-CANONICA
DE
CONCORDATIIS
NATIONIS
GERMANICAE

AVGVSTAE
IN VICE DISSECTATIONIS
AVGVSTI PVBVICI PRASIDIO

IN
VINCENSA ACADEMIA
A
IOH. MICHAELI TAPPE
PVBVICE AVGVSTATA

AVGVSTI
DISSECTATIONIS
AVGVSTI



I. N. D. N. J. C.

P R O O E M I U M .

S U M M A R I A .

1. Episcopi non solum Postulatione ac Electione, sed etiam Collatione ac Provisione Pontificis constituuntur.
2. Collationem Pontificis veteribus incognitam, & quæstus solum gratia a Curia Romana receptam esse, allegati Dd. tradunt.
3. Collationes istæ præter hoc, quod Ecclesiis damnosæ existant, multas sæpius excitarunt turbas.
4. Postulationem itidem solus Pontifex admittit, atque electionem confirmat, quamvis hæc confirmatio Metropolitanis olim competierit.
5. Rationem constituendi Episcopos per confirmationem Pontificis Imperio nostro parum utilem esse, multi tradunt.
6. & 7. Ulterius id comprobatur.
8. Qua ratione beatorum futura Respublica nostra, hac occasione annechitur.
9. Quod ob Concordata Nationis Germanicæ, quoad Status Catholicos, non facile sperandum.
10. Illorum Concordatorum sæpius sit mentio, & tamen extra relatos Auctores hæctenus a nemine speciatim explicata vidimus.
11. Quapropter Eorundem evolutionem hæc Dissertatio exhibet.

Omnes omnino Episcopos, etiam in Germania nostra, non solum Postulatione ac Electione, sed & Collatione, quæ a solo geragitur Pontifice, constituti, tam notum est, quam quod notissimum, extit. ✕. de Postul. Prælat. atque tit. ✕. de Elect. c. si eo tempore 45. de Elect. in 6. atque c. sancta 3. Extrav. Comm. de Elect. ut & §. 1. Inst. Jur. Can. de Elect. cum tot. tit. atque §. 14. eor. Inst. de Collat. *Et quidem rationem conferendorum Ministeriorum Ecclesiasticorum per Collationem atque Rescriptum Pontificis veteribus plane incognitam, sed quæstus causa a Curia Romana solum receptam esse, testatur Dn. Ziegler. ad d. §. 14. Inst. Jur. Can. de Collat. Id quod ante ipsum non solum erudite observavit Francisc. Duaren. lib. 5. de Sac. Eccles. Minist. c. 8. qui inter omnes, quotquot sunt, Juris Pontificii Enarratores convenire tradit, hanc Beneficiorum distribu-*

stributionem per Diplomata Pontificia, quæ vulgo Mandata de providendo atque Gratia Expectativa appellantur, apud veteres in usu non fuisse, hujus rei argumentum hoc adducit, quod ne in volumine quidem Decretorum, quod Gratianus edidit, ullum exemplum, ullave mentio horum Diplomatum reperitur, sed & Marc. Anton. de Dominis Republ. Eccles. lib. 3. c. ult. n. 23. & seq. it. lib. 9. c. 8. n. 13. & seq. quibus locis sat abunde deducit, quomodo per Reservationes atque Collationes Pontificum turbata fuerint Episcoporum Electiones. Et sane iniquum est, Ecclesia obrudere hominem quandoque ignotum atque externum, cui nulla Ecclesia illius notitia superpetit, id quod tamen multis modis frequentatum fuit ab Ecclesia Romana. Unde sæpius accidit, ut alium eligerent Episcopum Capitulares Ecclesia Cathedralis, alium Roma multis munitum Bullis mitteret Pontifex, quibus se locus dabatur, publica quidem inremerata manebat tranquillitas, sed pariebatur Ecclesia, sæpius ignoro, imo indigno commissa, gravius damnum. At ubi Bullis ejusmodi nulla præstebatur obedientia, non in turbas tantum, sed & in contentiones, imo in bellum sæpius eruperunt ejusmodi contradictiones, magno cum Ecclesiarum Reipublicæ detrimento, Dn. Ziegler. d. l. Unde infinita ferme Germanorum prodierunt querela, quarum Dissertatio nostra passim mentionem facit. Quod vero Postulationem atque Electionem concernit, priorem itidem solus Pontifex admittit. Zæf. ad tit. 4. de Postul. Prælat. n. 13. Posteriores vero Confirmatione sua comprobet, juxta c. quam sit 6. atque c. cupientes. 16. de Elect. in 6. quamvis nec hæc Confirmatio olim Pontificibus, sed Metropolitanis competierit. Illorum siquidem munus erat, electiones non solum discutere, & malas, reprobare, bonas vero admittere atque confirmare; sed & ipsum futurum Episcopum examinare, probareque, an sacra scientia satis instructus sit. Ast sequioribus temporibus uti Electiones per collationem Gratiarum Expectativorum multis modis impeditæ; ita quoque Confirmationes manibus Metropolitanorum ereptæ, atque Romanis Pontificibus adscriptæ sunt, per ea, quæ Dn. Ziegler. ad Inst. Iur. Can. lib. 1. tit. de Confirm. Elect. 9. §. 2. tradit. Quocirca non sine causa Eck
de

de Prim. Petr. apud Ziegler. d. I. allegatus miratur, cur contra jura sua Episcopi, præsertim Germani, Confirmationes suas Romæ hæcenus petierint. Forsitan, inquit, Viri magni & potentes ac natalibus illustres dedignabantur confirmari ab humilis generis Metropolitans. Quæ conjectura utut rem parum attingere videatur; Attamen nemo, qui vel minima Imperii nostri notitia instructus est, diffiteri potest, banc Episcopi per Confirmationem Pontificis constituendi rationem Imperio nostro Romano Germanico non adeo utilem ac proficuum esse, prout celeberrimus seculi nostri Polybistor. Dn. Conring. in doctissima de Constitut. Episcoporum Germaniæ Dissertat. prolixius inducit, interque alia thes. 87. & seq. demonstrat, e re potius Ecclesiæ ac Reipublicæ nostræ esse, si Pontifex ab Electione Confirmationeque Episcoporum Germaniæ plane excluderetur. Unde quoque personatus iste Severin. de Monzamb. de Stat. Imper. c. 3. §. 8. hoc ipso gravissimum morbum Rempublicam Germanorum contraxisse fateatur, quod magna pars eorum, qui Cives ejusdem audiunt, Superiorum, extra ipsorum Rempublicam constitutum, agoscat. Cujus asserti fides sequentibus potissimum comprobatur fundamentis, quod Episcopi dimidium ferme partem Ordinum Imperii faciant, atque ad Comititia Conventusque omnes publicos, ubi de summa Reipublicæ decernitur, eant; Jam vero non solum Majestate Imperii prorsus indignum, sed etiam summo cum ejusdem periculo conjectum est, si Episcopi Germaniæ electionis suæ confirmationem a Pontifice, utpote plane extraneo petere cogantur Principe. Quare cum nemini obscurum esse possit, quod nullus in Germania Episcopus sine Pontificis consensu præstiroque eidem juramento constituatur ac investiatur, maximum Respublica illa bene affecta omninoque libera dici ac salutari potest, cujus Princeps pars, quæ consultat, ab externo quodam Principe, qualis utique est Pontifex, dependet, eique certo modo est subdita. Ut taceamus, quod idem ille de rebus ac personis Imperii Ecclesiasticis vel in Curia Romana, vel per Legatos suos judicet, atque ita hoc modo ipsius Civium præcipuorum salute ac fortunis (quæ utique

res ad Majestatem pertinet) decernat. Et cum porro Pontifex Præstantes hæreticos dicat, diris devoteat, & ex præscripto Pauli IV. & Pii V. fortunis ac honoribus exuendos pronunciet, quid quæso turbarum in Imperio Romano Germanico non emergeret, si Episcopi Germani in arduo hocce momento morem geverunt Pontifici Romano. Nec minus discrimen in futurum impendere veremur, si Pontifex, ut sæpius factum, iniqui anathematis fulmine, vel bello Imperatorum quempiam petere audeat, quo casu sane Episcopi, vel Imperatoris, vel etiam Pontificis castra ut eligant, necesse habent, cujus vero secururi sint partes, hac vice aliis expendendum relinquimus, præprimis cum rerum gestarum Annales sat abunde testentur, Episcopos quondam sæpius a Pontifice contra Imperatorem, magno Germaniæ malo, sterifse. Beatior proinde sine dubio foret Respublica nostra, si vel excusso Pontificum jugo libertatem pristinam hac in re vindicaret, atque veteri ritu Episcopos constitueret, vel ad minimum, neglecta Confirmatione Pontificis, interveniente investitura Imperator rem perageret eo modo, quo Evangelici Episcopi hodie constituuntur. Hi namque, postquam religio repurgata, ac Pontificis Jurisdictio quoad Augustanæ Confessionis addictos suspensa est, Confirmationem Pontificis non immerito neglexerunt. Unde Pontificii eosdem pro veris Episcopis agnoscere noluerunt, ut patet ex illis, quæ apud Wintzler. Scriporem Pontificium, de Episc. German. habentur. Sed irritò conatu. Contrarium si quidem non solum Transact. Passiv. & insecuta Religiosa Pax, sed & novissime pacific. Osnabrug. art. 5. §. 6. demonstrat, ut adeo illos Episcopos, quos Instrumentum Pacis Romano Catholicis æquiparavit, pro illegitimis habere nefas sit, per ea, quæ c. ult. huj. Dissert. habentur. Vid. interim Burgold. Not. Imper. p. 1. disc. 20. §. 5. At enim vero licet consultius sit, Electiones Episcoporum ad antiquissimam primæ Ecclesiæ consuetudinem, si non omnino, saltem ex parte reducere, atque ita omnia instituire, ut & Imperatori sua salva maneat autoritas, atque Clero ac Populo jura serventur integra. Hodierna tamen Imperii facies ita comparata est, ut id optare quidem quis possit, sperare autem forte non debeat, ob

Con-

Concordata Nationis Germanicæ, quæ Confirmationem Episcoporum Pontifici tribuunt, atque in Germania nostra, quoad Status Pontificiæ Religionis, tam altas egerunt radices, ut quivis hætenus Imperator in Capitulatione sancte promiserit: Se curaturum, ut Concordata Principum observentur, Et wolle darob und daran seyn, daß die Concordata Principum und aufgerichtete Verträge ic. gehalten, gehandhabet, und denenselben festiglich gelebet und nachkommen werde. Vid. Capit. Carol. V. art. 16. cum seq. Capitul. præcipue Ferdinandi III. §. 18. atque novissima Leopold. §. Und als ic. 19. Horum Concordatorum subinde quidem in scriptis Juris publici mentio fit. Nemo tamen hætenus illa separatim, quantum quidem scimus, explicavit, si Andree Vallaterii Consultationem Metensem super Postulatione juxta Concordata Germanica, quæ Parisiis prodiit, Henrici Canisii Notas in Concordata Germaniæ, quæ Ingolstadii Anno 1600. excusæ sunt, atque secundum nonnullorum relationem cum Concordatis Nationis Germanicæ ac Declarationibus Clementis VII. atque Gregorii XIII. Henrici Canisii Institut. Juris Canon. adjectæ censentur, (quas Constitutiones Et Notas tamen exceptis ipsis Concordatis, in editione Operum Canisii, quæ de Jure Canonico reliquit, novissima Coloniaensi de Anno 1662. haud contineri videmus) atque Georgii Brandens, Collectanea super Concordatis Sedis Apostolicæ & Nationis Germanicæ primum Romæ, deinde Coloniae An. 1600. edita excipiamus, ut ut posterior juxta mentem Laur. Ohm. de Jur. Episcop. §. 14. lit. d. in his ipsis Collectaneis aliori indagini locum reliquerit, atque recte Dn. Conring. ad Lampad. de Republ. Roman. Germ. p. 3. c. 6. §. 7. Romanæ Curia artes vel dissimulaverit, vel certe affectus non sit. Idcirco, hac ratione moti, non cessavimus in illa ipsa Concordata, utpote quæ in vulgus non æque nota, ita tamen comparata sunt, ut propter varias easque pragnantes Nationis Germanicæ quærelas solidam ac simul peculiarem mereantur evolutionem, paulo accuratius inquirere, insimulque præsentis Dissertatione Conærum nostrorum Academicorum Specimen quoddam Orbi

Orbi literario sistere. Facta itaque sit alea in nomine Sacro-Sanctæ ac individuæ Trinitatis, sub cujus sapientissimo Moderamine nunc progredimur ad primordia Laboris nostri, ejusque.

CAPUT I.

De Origine Concordatorum Nationis Germanicæ.

SUMMARI A.

1. Concordatis dedit ansam ratio constituendi Episcopos.
2. Prioribus sculis tribus Constitutio Episcoporum fuit penes Clerum & Populum.
3. Postmodum Imperatores Christiani Ecclesie Episcopos constituerunt.
4. Ut & Germanorum & Francorum Reges Christiani.
5. Id quod ulterius per exempla declaratur.
6. Idem Jus Carolus Magnus ejusque Successores exercuerunt.
7. Ipse Hadrianus Papa Carolo concessit jus constituendi Pontificem, Archiepiscopos & Episcopos.
8. Idem jus Leo Pontifex Ottoni dedit.
9. Tria citra Decretum Hadriani atque Leonis in disquisitionem veniunt, de quibus relative agitur.
10. Exinde apparet, quod Romæ atque in Provinciis Pontificis competierit Imperatoribus jus constituendi Episcopos ex concessione Pontificum & Populi Romani, in cæteris vero jure Regio.
11. Adeoque non novum jus, sed declarationem veteris potestatis ista Decreta continent.
12. Tulerunt illas investituras Episcoporum Pontifices usque ad tempora Henrici V. & Gregorii VII. Pontificis.
13. Primus Gregorius VI. huic Imperatorum Juri insidiari cepit, sed ab Henrico III. exauctoratus, irritum habuit conatum.
14. Postmodum Gregorius VII. etiam cum adhuc in Archidiaconatu esset constitutus, hoc jus Imperatoribus denegavit.
15. Pontifex quoque factus eam ob causam Henricum IV. mirum in modum exagitavit.
16. Sibique sub prætextu Simoniam excludendi, jus constituendi Pontificem & Episcopos vindicavit.
17. Primus ergo ob investituras Ecclesiarum, turbas excitavit, variaque nefaria dogmata evomuit Gregorius VII.
18. Henricus IV. tamen, alique contra ipsum electi, hoc jure regio usi sunt.
19. Paschalis quoque hac in re Henricum V. grayiorem sensit.
20. Unde cum Henrico V. conventionem de dimittendis ab Episcopis feudis regalibus iniit.
21. Ob illam conventionem Clerus in Paschalem maxima insurrexit indignatione.
22. Quare Paschalis Imperatori Henrico V. potestatem constituendi Episcopos iterum concessit.
23. Altero tamen statim anno pacta conventionis rescidit, eujus exemplum secutus est Calixt. II.
24. Tandem Henricus V. constitutionem Episcoporum in manus Pontificis resignavit.

25. Verba hujus resignationis cum Calixto II. Bulla recensentur.
26. Hoc modo Regium hoc Jus Imperatores amiserunt.
27. Postmodum Electiones Episcoporum ad solos Canonicos ob adductas transferunt rationes.
28. Imo Imperatoribus quoque jura, ex conventionione Heinrici V. residua, extorta sunt.
29. Qua occasione Provisiones Pontificis, ob quas tot Germanorum auditæ querelæ, invehescere ceperunt.
30. Quibus Imperatores se frustra opposuerunt.
31. Reservationibus ac Provisionibus istis Germani per Avifamenta Constantiensia contraxerunt.
32. Feliciorum exitum habuerunt Avifamenta Moguntina.
33. In Concilio Basiliensi Reservationes Pontificis abrogatæ sunt.
34. Decreto hujus Concilii Gallia quidem, sed non Germania usæ est.
35. Ad istar Gallorum Germani quoque libertatem sibi parare voluerunt, unde etiam Neutralitatem receperunt.
36. Sed & hæc cum Decretis Concilii Basiliensis Germanis ablata est.
37. Tandem inter Fridericum III. atque Legatum Pontificis Concordata Nationis Germanicæ inita atque postmodum a Nicolao V. Pontifice approbata sunt.

Quoniam tempore hæc *Concordata* inita fuerint, ex subsequentibus equidem sat luculenter patebit? At cum illis ipsis ratio constituendi Episcopos ansam dederit, ad eorundem quoque Originem eo melius evolvendam, veterum Episcopos constituendi ritus paulo altius examinandos esse censemus, præprimis cum omnes ferme Autores, qui horum *Concordatorum* mentionem faciunt, inter quos comparent *Engelbrecht. de Jurisd. Imper. lb. 67. in pr. Laurent. Obm. de Jur. Episcop. lb. 14. lit. d. Einsiedel. de Regal. cap. 2. n. 125. & seq. præcip. n. 128. Sibmann. de Jur. Episc. cap. 3. num. 13.* insimul quoque de ratione constituendi Episcopos nonnulla adjiciant, quæ rament, utpote breviora, B. Lectoris desiderio ex asse haud satis facere videntur. Et quidem jam ab ipsis Apostolorum temporibus, *prioribus tribus seculis*, Episcoporum constitutionem per Clerum ac Populum fidelium peractam esse, testantur *Heinric. Meibom. in tract. de Jur. Investitur. Episc. in pr. Dn. Frisch. Exercit. de Primar. Prec. Jur. adjunct. atque Dn. Conring. de Constit. Episc. German. lb. 19. cumque illis personatus iste Severin. de Monzamban. de Stat. Imper. cap. 3. §. 6.* Postquam vero Imperatores Romani Christo nomen dederunt, ipsi quoque Episcopos

scopos Ecclesiæ proposuerunt, *Monzamb. cit. §. 6.* non refragante, qui tum vivebant, Episcoporum Ordine, id quod *Socrates, Scriptor. Ecclesiast. in proem. lib. 5. Euseb. de vit. Constant. Magn.* aliique Historici comprobant, allegati a *Meibom. cit. loc.* ubi varia quoque adducit exempla. *Conjung. Marc. Anton. de Dom. de Republ. Eccles. lib. 6. c. 7. n. 5. & seq. Engelbrecht. de Jurisd. Imper. lb. 67. & seq.* atque *Laur. Obm. de Jur. Episc. §. 14. lit. d.* Hoc Romanorum Imperatorum exemplum Germanarum quoque Gentium Reges secuti sunt. Hi namque ab illo tempore, quo Christianam fidem profitebantur, arbitrio suo Episcopos Ecclesiæ vel dare, vel a Clero & Populo antiquo ritu elector confirmare consueverunt. Hinc Francorum Reges, cum ad eos Galorum & Germaniæ Imperium pervenisset, hoc jure statim usos esse, ex *Gregorio Turonensi* aliisque tradit *Christoph. Lehmann in Chron. Spirens. lib. 2. c. 41. in pr. verb. Erstlich, alle Erg; Bischöfse* etc. atque §. Zum andern in verbis: *Daß die Könige ihres Gefallens die Bischöfliche Amt und Abteyen besetzt, und ihr Land und Leut mit Lehrern der Religion, selbst ohne Päpstliche Maßgebung bestellet und versehen, hiervon seind Exempla allenthalb in großer Meng, und ist die unwidersprechliche Wahrheit, wie Baron. A. 559. n. 27. selbst bekennet, und sagt: Sane a Regibus est præsumptum jus præficiendi Ecclesiis, Pastoribus destitutis, Episcopos, hoc seculo zum in Occidente, tum in Oriente.* Und erzehlt viel dergleichen, daraus klärlich erscheint, daß die Könige in Teutschland von Anfang ihrer Regierung so wohl in der Heydenschaft und Abgötterey, als auch hernach bey angenommenen Christlichen Religion die Geistliche investirt und eingesetzt, und diese Gerechtigkeit ohne Eintrag ruhig erhalten. *Add. Dn. Conring. cit. loc. lb. 21. ibique alleg. Thom. Bilson, libro, quem scripsit, de perpetua Ecclesia gubernat. Meibom. d. l. atque Dn. Struv. Sync. Fur. Feud. c. 3. apb. 7. n. 1. qui variis hoc ipsam declarant exemplis, ad quæ inter alia quoque pertinet, quod Childericus & Pipinus in Comitibus Sveffionensibus per Decretum, quod recitat Goldast. tom. 3. Constit. Imper. p. m. 649. ordinaverint Episcopos & consti-*

constituerint super eos Arch-Episcopos; Pipini quoque fratrem Carolomannum Synodum congregasse & Arch-Episcopos atque Episcopos constituisse, ex ejusdem Decreto, quod apud *Benedictum Levitam* legitur, apparet. Idem Jus regium Carolum Magnum ejusque Successores exercuisse, *liber ipsius de Imaginibus contra Synodum sacram, Capitulare item & Concilia* ab ipso convocata, *Ludovici Pii Constitutio de disciplina Ecclesiastica*, quam *Flacius in Catal. Test. Verit.* adducit, *Caroli Calvi Epistol. ad Hadr. II.* ab ipso *Baron.* allegata, *Walthramus Episc. Naumb. de Invest. Episc.* aliique passim testantur Historici. Vid. *Engelbrecht. c. loc. 1b. 82.* atque *Cranz.* qui Carolum in Germania & cum primis in Saxonia plures pro arbitrio Episcopos constituisse docet. Imo ipse *Hadrianus* Papa cum universa Synodo *Carolo*, qui totam Italiam, cum primis urbem Romam, in extremo periculo constitutam, a *Desiderio*, Longobardorum Rege, liberavit, tanquam Jus regium, tradidit vim atque potestatem eligendi Pontificem, insuper Archi Episcopos & Episcopos per singulas Provincias ab eo investituram accipere definivit, ut nisi a Rege lauderetur & investitur Episcopos, a nemine consecraretur, uti ex *Historia Ecclesiastica Gratianus in Decreta*, quod ipse quoque *Gregor. XIII.* Pontifex confirmavit, *can. Hadrianus 22. dist. 63.* refert. Hujus canonis fidem contra *Baronium* præter *Goldast* atque *Arnif.* firmant uberius *Carpoz. ad L. Reg. German. c. 2. sect. 5. n. 13. & seq.* atque *Dn. Conring. de German. Imper. Rom. c. 6. ut & de Constit. Episc. Germ. 1b. 28. & seq.* Consimili modo *Leo IX.* Papa, quem *Otto* Imperator, pulso *Johanne XII.* Pontificem creaverat, idem jus *Otoni*, quod antea *Hadrianus* *Carolo* dedit, concessit per Constitutionem Synodalem, quam itidem *Gratianus cit. dist. 63. c. 23.* recitat, levitatis ideo a *Baronio* & *Bellarmino*, sed inique notatus. Fictitiam quidem & hanc esse contendit *Baron.* sed sine ulla causa. Quod si enim *Hadrianicum* firmo stat talo *Decreto*, nulla sane apparet ratio, ob quam fidem hujus Canonis elevare quis possit. Tria quidem quoad utrumque *Decretum*

& *Hadriani & Leonis* disquisitione indigere videntur. *Primo* quidem, num *Adrianus Carolo & Leo Ottoni* potestatem dederint libere investiendi Episcopos omnium Provinciarum Regno Francorum & Germanorum subjectarum; an vero solius patrimonii Divi Petri, *deinde* ad quascunque demum Provincias illud Decretum pertineat, an utraque Constitutio concessio & privilegium dici possit, & *tertio* denique an *Carolus Magnus* eiusque Successores investituras Episcoporum exercuerint, an vero iisdem renunciaverint, uti *Baron.* censet. Verum cum hæc prolixior reddant hunc nostrum discursum, omittenda potius hæc vice sunt, ita tamen, ut resolutionis gratia curiosum Lectorem ad *Dn. Covring. Dissert. de Constit. Episc. Germ. th. 28. & seq.* remittamus. Sufficiat nobis, pro instituti ratione vel ex his ipsis Pontificum decretis demonstrasse: Competiisse Jus investituræ Imperatoribus Romano-Germanicis non solum in urbe Roma & Provinciis Præfuli Romano subjectis, quas partim injusta usurpatione, partim etiam Regum & Pipini donatione possidebant, ex concessione Pontificum & Populi Romani; Sed etiam in Italia reliqua & Germania, non quidem ex Pontificum concessione, sed Jure Regio, cui Jus constituendi Episcopos intime conjunctum est, per ea, quæ tradit *Marc. Anron. de Dominis de Re. publ. Eccles. lib. 6. c. 7. n. 55. & mult. seq.* ubi tandem *n. 125. has Pontificum concessiones vocat proprii Principum Juris Naturalis recognitiones cum remotione obstaculi injusti, & declarationes, posse jam Principes suo jure uti, ut Pontifices quantum in ipsis est, nolint illud impedire.* Add. *Francisc. Duaren. de Sacr. Eccles. Minist. lib. 3. cap. n. qui c. Hadrianus 22. dist. 63.* non ut privilegium aliquod ex mera Pontificis gratia profectum, sed tanquam hominis ultro bonam fidem agnoscentis confessionem accipiendam esse dicit. Hinc & *Engelbrecht. de Jurisd. Imper. th. 84. dist. Can. Hadrian.* non novum jus, sed declarationem & agnitionem tantum veteris potestatis constituere, imo *Theodor. a Niem. alleg. a Laur. Obm. de Jur. Episc. §. 14. lit. d.* jura restituta continere

nere dicit. Tulerunt autem Pontifices Romani per aliquot secula investituras istas, usque ad tempora Henrici IV. neque ex Imperatoribus cuiquam de istis litem moverunt. *Meibom. cit. loc.* cujus rei indicium sat luculentum est, quod ipsi Pontifices Romani, quotquot illam sedem a Leone VIII. usque ad Gregorium VII. tenuerunt, vel ab ipsis Imperatoribus constituti, vel tamen a Clero & Populo electi, consensu Imperatorum confirmati sint, ut pluribus ostendit *Onuphr. Panvin. in vit. Gregor. VII. Lebmann. in Chron. Spirens. lib. 5. c. 31. Burgold. in Not. Imp. p. 1. disc. 20. m. 1. §. 4.* atque post *Cranz. Maro. Duaren. alioque Klock. vol. 1. Consl. 4. num. 12.* in verbis: Denn erslich ist aus denen Historiis bekandt, und seind auch die Catholischen Juristen dessen in keiner Abrede, daß die Römische Keyser und Könige vor viel hundert Jahren nicht allein die Erzbischoffe und Prælaten, sondern auch Summos Pontifices zu setzen und entsetzen gehabt. Temporibus vero *Henricorum* hoc pristinum jus Imperatoribus amplius concedere noluerunt Pontifices, inter quos primus fuit *Gregorius VI.* qui, sine dubio stabellis Episcoporum quorundam Imperatoribus obsequium detrectantibus excitatus, sub hoc prætextu, quod ab Imperatoribus Episcopatus atque Prælatuæ sapius minus idoneis concederentur, Juri huic regio Imperatorum insidiari cœpit; sed exauctoratio ipsius, ac Henrico III. facta, cujus quoque *Lebmann. cit. c. 13.* mentionem injicit, conatum irritum reddidit. Quod igitur *Gregorius VI.* obtinere non potuit, in actum perducere conatus est ejusdem discipulus, *Gregorius VII.* alias *Hilibrandus* dictus, homo non vulgaris sed acutissimi ingenii, teste *Lebmann. cit. c. 31.* Hic namque adhuc in Archidiaconatu sedis Pontificiæ constitutus, egregium sui conatus præbuit specimen, atque Archiepiscopo Coloniensi, qui, ut causam *Alexandri Anti Papæ* cognosceret, & Imperatoris in eligendo Romano Pontifice jura tueretur, Romam missus erat, hunc in modum respondit: *Firmissime tene & nullatenus dubites, quod in electione Romanorum Pontificum*

cum juxta Sanctorum Patrum Canonicas sanctiones Regibus penitus nihil est concessum, sive permissum. Vid. *Lehmann. d. l.* Hildebrando igitur auspice, sine Imperatoris consensu, non solum Alexander II. Pontifex constitutus, sed & Henricus IV. criminis Simoniae reus postulatus, atque ab Alexandro Romam vocatus est. Mortuo Alexandro, Clerus & Populus Romanus, sine pravo Imperatoris consensu, Hildebrandum Praefulem Romanum esse voluit. *Stephan. de Jurisd. lib. 3. p. 1. c. 4. inser. Pontific.* quam electionem, utpote sine consensu Imperatoris factam, Hildebrandus quidem excusavit, sicque Henrici IV. Imp. approbationem imperavit, prout tradit *Lambert. Schafnaburg.* atque ex eo *Lehmann. cit. c. 31.* Postmodum tamen plures Galliae & Germaniae Episcopus diris devovit, ipsumque Henricum Imperatorem excommunicavit, atque desertum pene ab omnibus, ad pedes prostratum, quod priora secula non viderant, intra Canusiana mœnia triduanum supplicem, ejusque decisionem in controversiis, quae Imperatori cum quibusdam Germaniae Episcopis ac Principibus intercesserunt, recipientem vidit. *Lehmann. cit. lib. 5. cap. 33.* Id quod ambitioni ipsius calcar addidit, ut, sub praetextu Simoniacum crimen ex Christiano orbe profliganti, atque libertatem Ecclesiarum restituendi, (veram tamen causam *Engelbrecht. de Jurisd. Imper. lb. 67. in pr.* adducit) jus tam Pontificem, quam ceteros Ecclesiasticos Proceres constituendi Caesari plane adimere, sibi vindicare, jurisdictioni & subjectioni Potestatis civilis Clericos subducere, denique religionis dominos Pontifices, tanquam Vicarios Christi, efficere ausus fuerit. *Strauch. Dissert. Exot. 5. apb. 5.* ibique alleg. *Gloss. atque Felin.* Ejusdem hanc in rem promulgata Decreta Gratianus *c. si quis 12. & c. quoniam 13. c. 16. qu. 7.* proponit, quae postmodum a Victor. III. Urban. II. atque Paschal. II. Pontificibus repetita & approbata sunt. Sic, ut verbis *Marc. Anton. de Dominis de Republ. Eccles. lib. 6. c. 7. n. 47.* utamur, primus omnium Gregorius VII. (ob id merito *Hildebrandus* dictus) tantas turbas ac tragedias propter investituras Eccle.

Ecclesiarum excitavit, ut eo incendio totus pene Christianus Occidens conflagravit. Add. *Burgold. in Not. Imper. cir. disc. 20. membr. 1. n. 4.* atque *Dn. Böckelmann. in Dissert. sua Inaugur. med. 1. axiom. 6.* qui Hildebrandum sive Gregorium VII. primum hoc nefarium dogma evomuisse tradit: *Pontifici circa sacra competere potestatem, ut exinde Reges quoque regno, etiam ob inidoneitatem, (quod a se factum gloriatur Zacharias c. alius. 3. caus. 15. q. 6) pellere, quin & vita privare, & nescio quid non in Imperantes andere possit.* Qua propter verba Gregorii VII. ex Syring. de Pac. Relig. ad Cardinales & Clerum sequentia adducit: *Agite Apostolorum Principes, & vestra auctoritate, quod dixi, confirmate, ut omnes nunc demum intelligant, Nos Imperia, Regna, Principatus, & quicquid Principales habere possunt, auferre & dare posse.* Hæc quidem, ex quibus, tanquam e Currio lacu, infinita imo exitiosissima Republicæ hæctenus evaporarunt, mala Gregorius nefarie tentavit. At enim vero Henricus IV. inter tot certamina nihil plane Pontifici concessit, imo Rudolphus, Sveviæ Dux, & Hermannus, a nonnullis Principibus, favente Pontifice, contra Henricum IV. electi, illo quoque regio Jure, teste *Cranz. in Metrop.* usi sunt. Paschalis quidem II. cum Henrici IV. filium, Henricum scil. V. haud occulte in patrem concitasset, illo regno & vita exuto, facilius se obtinere posse speravit, quod suis hæctenus Antecessoribus denegatum fuit, graviorem tamen etiam hac in re sensit Imperatorem. Henricus enim, cum facile perspiceret, non posse saluum esse Imperium, si Pontifex obtineret, quicquid decrevit, aut cedere Episcopos & Abbates Regalibus voluit, aut liberam sibi constituendorum Episcoporum potestatem permitti, hancque suam voluntatem Paschali, cum is in Concilio Vrecensi esset, per Legatos denunciavit. Quare tandem inter *Henricum V. & Paschalem* Papam conventum, ut *Imperator investituras Ecclesiasticorum Pontifici quidem cederet, sed sub hac conditione, ut Episcopi aliisque Prælati vicissim Ducatus, Marchias, Comitatus & Regalia dimitterent.* Vid. *Lebmann. Chron.*

Chron. Spir. lib. 5. c. 42. in verbis: Daß der Pabst alle Land und Leute, dem Reich zugehörig, dem Keyser wieder einräumen, und die Gerechtigkeit der Einsetzung der Pabste und Bischöffe zu beständigen versprochen, auch samt dem Keyser zu mehrer Beträffigung hierüber das Sacrament empfangen. Conventionem hanc ipse Henricus V. Imperator Constitutioni de investituris Ecclesiasticorum inseruit apud *Goldast. rom. 1. Const. Imper. p. m. 255.* Eandem quoque recenset *Abbas Urspergens. in Chron. ad ann. MC. XII.* Sed cum lecta esset hæc Conventio coram Principibus Imperii & Episcopis, atque innotuisset, Ecclesiasticos, dimissis Regalibus, solis decimis & oblationibus debere contentos vivere, Clerus summa indignatione in Paschalem insurrexit, atque maximas movit turbas, teste *Lehman. cit. loc.* in verbis: Haben die Bischöffe des Pabst Bewilligung etc. heftig widersprochen, und eingewend, das es in des Pabst Gewalt und Macht nicht stehe, was Könige und Keyser der Kirchen und den Geistlichen an Land, Leuten und Regalien geschenckt, seines Gefallens zu entfrembden, und dem Reich wieder zu zustellen, *Add. Meibom. de Jur. Investit. Episc.* Idcirco Papa, qui legem Conventionis adimplere non potuit, cum plurimis tamen Cardinalibus ab Imperatoris exercitu captivus detentus fuit, tandem trimestris captivitatis molestia victus, Henrico V. potestatem constituendi Episcopos iterum concessit, & pacta juramento firmavit, per ea, quæ narrat *Lehmann. d. loc.* atque *Einsidel. de Regal. cap. 2. num. 128.* Qua ratione quidem Henricus V. Imperator diuturnis motibus finem imposuisse videbatur. Verum sicut multi, erronea quadam opinione seducti, laicorum investituras hæreticas esse putarunt, quasi laici Principes hæc sua investitura Ordinationis Sacramentum conferrent, quorum sententiam tamen excussit *Marc. Anton. de Dominis*; Ita quoque Paschalis, data fidei immemor, altero statim anno in Concilio Lateranensi pacta conventa rescidit, atque Imperatorem anathematis fulmine percussit, ut prolixius recenset *Lehmann. cit. cap. 42.* Exemplum Paschalis fecu-

secutus est Calixtus II. qui priorum Pontificum decreta atque excommunicationem repetiit. *Einsiedel. d. l.* Videns igitur Imperator Pontificum ambitionem frustra oppugnari, clam palamque fieri conjurationes, ruere Principes in perniciem Reipublicæ, parumque se ab infelicis Parentis fortuna abesse, adversariis demum cessit, atque non tam Pontificum, quam Principum pleborumque pertinacia victus, in Comitibus Wormatiensibus Anno M. C. XXII. Jus constituendi Episcopos, eorumque Investituram per baculum & annulum, quam per tot annos non solum parens ipsius, sed & ipse propugnarat, dimisit, atque in Pontificis Legati manus miserandum in modum resignavit. *Siebmänn. de Jur. Episc. c. 3. n. 15.* Sibi vero solam investituram de Regalibus scepro expediendam reservavit. Ita enim se habet *Henrici V.* Constitutio de electione & investitura Episcoporum & Abbatum, publicata in Comitibus Wormatiensibus: *Ego Henricus &c. pro amore DEI & sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Domini Papæ Calixti, & pro remedio animæ meæ, dimitto DEO & sanctis ejus Apostolis, Petro & Paulo, sanctæque Ecclesiæ, omnem investituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus Ecclesiis, quæ vel in Regno vel Imperio meo sunt, Canonice fieri Electionem & liberam Consecrationem.* Cui *Calixt. II.* Pontificis Bulla hunc in modum respondet: *Ego Calixtus &c. concedo Electiones Episcoporum & Abbatum Teutonici Regni in præsentia tua (Imperatoris) fieri absque Simonia & aliqua violentia, ut si qua inter partes discorda emerferit, Metropolitanis & Provincialium consilio vel judicio, saniori parti assensum & auxilium præbeas. Electus autem Regalia per sceptrum a te recipiat.* Vid. *Goldast. tom. 1. Const. Imper. p. m. 258.* atque *Klock. vol. 1. consil. 4. num. 14. & 15.* Hoc modo Regia Jura circa investituram Episcopalem, per nonnulla secula ab Imperatoribus conservata ac mascule defensa, infelix Reipublicæ nostræ fatum uno pene momento elisit, *Meibom. de investit. Episc. & quidem adeo, ut teste Pacif. a Lap. ad Monzamb. c. 3. §. 6.* per hanc Potestatis sacræ cessionem dimidium

dium Majestatis Cæsareæ amiserit. Add. *Dn. Bæcler. in Obs. manuscr. ad Ejusd. Not. Imper. lib. 20. c. 1.* Ægre quidem hanc ipsam, ab Antecessore factum, resignationem tulit successor Lotharius Saxo, indeque restitutionem ab Innocentia Papa Leodii postulavit. Vid. *Meibom. cit. tract. ferm. circ. fin.* morte tamen preventus nihil obtinuit. Etsi vero in conventionem Henrici V. cum Pontifice cautum fuerit, ut Electiones, quæ hactenus quidem penes Clerum ac Populum fuerunt, penes eosdem in posterum remaneret, successu tamen temporis & has Canonici sive Capitulares Ecclesiarum cathedralium (splendide tunc temporis inter Clericos, *Tribemio* teste, omni adjuncta regulari vita viventes) sibi solis, excluso Clero pariter ac Populo, vindicare cæperunt, haud dubie connivente Pontifice, cujus intererat, a paucioribus electionem institui, *Monzamb. de Stat. Imper. c. 3. §. 6. Burgold. d. loc.* illamque in hominum sibi obnoxiorum manus conferri. Unde *Dn. Couring. ad Lampad. p. 3. c. 6. §. 6. Seculo 13.* electionem ad solos Cathedralium Ecclesiarum Canonicos, excluso Clero & Populo, redactam esse dicit, & quidem propterea, ut eo promtius ad suum arbitrium possint Papæ constitutiones Episcoporum vocare, quas non nisi paucis ad resistendum invalidis reliquerunt. Reliquum quidem adhuc erat Imperatoribus ex conventionem cum Calixto inita, ut dissensione orta is Episcopus esset, cui Imperator accessisset. Quo Jure Lotharius, scissa propter Electionem Episcopi Magdeburgensis Ecclesia, ei teste *Cranz.* Norbertum Episcopum dedit. Consimili jure usus est Conradus III. atque Fridericus I. qui eadem autoritate dissidia Ecclesiarum composuit. Exempla suppeditant *Otto Frisingens. Albert. Stadenfis, Tribemius, Baronius* aliique. Verum enervata successive Imperatorum autoritate, Pontifices & hoc immutare, sicque etiam, dissensione circa electionem Episcoporum orta, ad Curiam Romanam causas trahere cæperunt. Res porro eo devenit, ut Capitulum electorum Episcoporum confirmationem Romæ petere coactum fuerit, cum illa tamen perinde ut
 Con-

Consecratio, ad Metropolitanos quondam spectaverit. Vid. *Proëm. huj. nostr. Dissert. n. 4. Monzamb. cit. c. 3. §. 6.* atque *Burgold. d. 1.* Tandem inconsultis iis, penes quos eligendi potestas residebat, Ecclesiis Episcopi obtrusi ac pro mero arbitratu Pontificum constituti sunt, ut adeo hisce suis Provisionibus omnem omnino Electionem Pontifices turbaverint. *Conring. ad Lamp. d. c. 6. §. 7.* Quocirca Provisionum & Reservationum Papalium, per quas Beneficiorum Ecclesiasticorum collationem juxta regulas Cancellariæ Apostolicæ sibi vindicant Pontifices, initia ad hæc tempora refert *Crantz.* quem sequitur *Dn. Conring. de Episcop. Const. th. 77.* in verbis: *Id constat, seculi decimi quarti initio istud fuisse devotum, ut a Canonicis Cathedralibus aut nulla amplius aut rara fuerit Episcoporum facta electio, fere omnes autem a solis Papis pro arbitrio constituerentur.* Hæque insaufte Provisiones magis magisque adeo invalere, ut teste *Crantz. Metropol.* nemo adesset in Ecclesia Bremensi, qui ad Episcoporum adspiraret, scientibus cunctis, quod frustra niterentur, cum Apostolica provisione sedes implenda putaretur. Tandem Episcopos reliquumque Clerum Ludovicus IV. Imper. Romanæ Curiae Provisionibus aliisque nonnullis intolerandis injuriis sese quidem opposuit; At, qui successit, Carolus IV. easdem potius confirmare, quam improbasse videretur, cum nonnunquam Pontificum imploraverit opem, si cuiquam suorum Episcopatum conferri voluit, quod, invito quandoque Capitulo, sola Provisionis Apostolicæ auctoritate factum, ut adeo nesciamus, qua ratione *Monzamb. dist. c. 3. §. 6. sub fin. propositum dogma: Per Provisionem constitutorum Episcoporum rariora apud Germanos extare exempla,* calculum mereri queat. Siquidem ipsi Germani, cum in dies magis magisque Reservationes tum ipsius Pontificis, tum Legatorum ipsius excrescerent, tandem relevamen quaesierunt in *Concilio Constantiensi.* Quo nomine Deputati Nationis Germanicæ in dicto Concilio causæ hujus adeo seriam susceperunt tractationem, ut scripto quodam com-

posito quod *Avifamenta Constantiensia* vocabant, abrogationem Provisionum, Gratiarum expectatarum ac Reservationum, per regulas Cancellariæ Apostolicæ introductarum, postulaverint. *Dn. Strauch. Exerc. Exot. 5. apb. 6. §. 1.* ne sic quidem quicquam obtinere potuerunt. *Dn. Ziegler. ad Instir. Jur. Canon. Lancel. lib. 1. tit. 27. §. 10.* Feliciorem habuerint exitum *Avifamenta Monguntina*, quæ Principes Germaniæ, Moguntiæ coacti, quatuor annis ante, quam Concilium Basileense coiret, de his ipsis gravaminibus abolendis conscripserunt. In illis exorandum Pontificem constituerunt, ut in singulare privilegium relevamen gravaminum concederet, inter quæ primum ita se habuit: *Inprimis Pontifex annullet & irritet omnes & singulas Reservationes, tam generales, quam speciales, sive particulares Ecclesiarum Metropolitanarum, Cathedralium, Monasteriorum, Dignitarum & Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcunque, quibus pro electione provideri consuevit, sive per Extravagantes ad Regimen & Execrabilis, aut per regulas Cancellariæ, seu quascunque alias Constitutiones aut Ordinationes, introductæ sint.* Privilegii igitur loco id ipsum petierunt, quod Pontifices sibi præter jus & fas adscripserant. *Dn. Conring. de Constit. Episc. 1b. 82.* Successit quoque res ex voto. In isto siquidem Concilio, ut in solo nostro argumento permaneamus, nec tangamus quidquam eorum, quæ acta sunt de Reformatione Ecclesiæ Latinæ, Reservationes Pontificis publico decreto obrogatæ sunt, *Christin. vol. 1. Decis. Belg. 158. n. 3.* insimulque Eugenius IV. quod electionibus obsisteret, Reservationibus contrariis utendo, (sunt verba Concilii) gravissime increpatus, ac demum etiam, cum iudicium Concilii nullatenus admitteret, in eodem iustissime, prout evincit *Panormitan. in tract. de Concil. Basileens. n. pen. & ult.* condemnatus est. Hinc Decreto Gallia, optime sibi prospiciens, magno cum emolumento robur addidit, edita *Pragmatica Sanctione*, atque usque ad Leonis X. ætatem masculè defendit. *Dn. Ziegler. d. loc. Francisc. Duar. lib. 5. de Sac. Eccles. Minist. c. u. & Marc. Anton. de Dominis lib. 3. de Republ. Eccles.*

Eccles. c. 12. n. 23. & seqq. Ast Germani nostri pari constantia cum Gallis Basileensis Concilii decreta haud observarunt. Erat quidem id ipsum non minus ac Constantiense in Germania celebratum, Canones ejus a Germanis quoque Episcopis fuerant conditi, atque in illos a Cæsare pariter & Principibus consensus, & tamen durante adhuc Concilio ab aliis seduci se nostri passi sunt. Sic ergo Germania, seu id factum Æneæ Sylvii artibus, sive culpa Imperatoris, ut nonnulli volunt, interquæ alios graviter conqueritur *Carolus Molinæus*, tam optata occasione excutiendi jugum Pontificum usa non est. Parati quidem erant ejusdem Episcopi, exemplo Gallia excitati, se in libertatem asserere. Unde ipsis, post Felicem Anti-Papam creatum, ista, quam dixerunt, *Neutralitas* nonnihil profuit, vigore cujus nec Eugenii neque Felicis de Papatu contententium verbis obtemperarunt, ad instar Gallia Episcoporum, qui jam ante hac Bonifacii IX. ætate *Neutralitatem* amplexi sunt. Sed cum hæc libertas Curia Romanæ perquam molesta esset, etiam *Neutralitas* sublata est, qua ratione vero factum hoc sit, ex Platina constat, qui in historia rerum Eugenii, cum dixisset, ab Eugenio in Germaniam missum Thomam Sarzanum, qui post Nicolaus V. Papa audiit, & Joannem Carvaggiolam, ad tollendum Basileense Concilium *Neutralitatemque*, subjungit: *Neutrales enim ideo Germani sunt dicti, quod neque Felicis neque Eugenii dictis obtemperarent. Quas ob res Ecclesia DEI multas & maximas calamitates incurrebat, cum imminutione majestatis Pontificia.* Hac autem de re pluribus in conventionibus apud *Fridericum*, Romanorum Regem, est disceptatum, Æneæ Piccolomineo, qui deinceps Pontifex fuit, quinque tam Regis Secretarius erat, ad tantam rem tanque necessarium longis orationibus omnes adhortante. Difficile quidem erat removere Germanos ab opinione sua, falsa præsertim. Difficile item videbatur persuadere Eugenii Oratoribus, ut postulatis Germanorum obtemperarent. Tandem vero delinira Oratorum severitate, & castigatis Germanorum postularis, Schisma & *Neutralitatem*, rem quidem Romanæ Sedi per-

perniciosissimam, sustulerant, si stare missis Germani voluissent. Hæc *Platina*. Sic ergo Eugenius Papa missis Oratoribus palpum Germanis obtrusit, ut Concilii Basileensis decreta e manibus dimitterent, annuente Friderico III. Imperatore, qui Eugenii partibus nimium accessit, ex consilio Æneæ. Hinc etiam, simul ac Æneæ industria *Neutralitas* sublata fuit, Imperator ipsum Romam misit, qui Eugenio publice diceret, se & Germanos omnes in humanis divinisque ei deniceps obtemperaturos. *Dn. Couring. de Const. Episc. lib. 84.* ibique alleg. *Platin.* Hæc omnia autem ab Imperatore nondum coronato, quo magis & facilius coronationem a Pontifice impetraret, peracta esse, docet *Dn. Srauch. Dissert. Exor. 5. apb. 6.* Tandem cum plerique Germanorum indignarentur, libertatem Ecclesiarum a Pontificibus opprimi, anno 1447. inter *Fridericum III.* Imperatorem atque *Legatum Pontificis* certa quædam pacta, quæ *Concordata Nationis Germanicæ* vulgo saluntur, celebrata, atque postmodum a *Nicolao V.* Pontifice approbata sunt, quibus quidem frenum aliquod Pontificibus injectum est, neutiquam tamen ex præscripto Basileensis Concilii. Necque enim Concordatis istis omnes Provisiones ac Reservaciones abolitæ, sed (uti *Henric. Canis. in Not. ad hæc ipsa Concordata* monet) certus modus solummodo adhibitus fuit super Provisionibus Reservacionibusque Ecclesiarum ac Beneficiorum Ecclesiasticorum quoad Germaniam, prout ex sequentibus patebit. Atque hæc de Origine *Concordatorum* iufficiant. Num vero Pontifices illa ipsa *Concordata*, quæ tamen a Nonnullis Republicæ nostræ pestis vocantur, utpote quibus effectum, ut *Imperium Germanicum* in aula Pontificia *Regnum obedientiæ* audiat, subsequenter temporibus integra servarint fide, ex cap. 3. hujus *Dissertationis* luculentius apparebit.

CAPUT II.

De ipsis Concordatis eorumque contendis.

SUMMARI A.

1. Concordata nostra idem sunt, quod in Gallis Pragmatica Sanctio, sub notabili tamen differentia.
2. Decreta siquidem Concilii Basileensis Gallia per Pragmaticam Sanctionem approbavit.
3. Hac ratione Ecclesia Gallicana in tuto collatio est.
4. Postmodum inter Leon. X. & Francisc. I. Reg. Gall. celebrata sunt Concordata, quæ jocosè vocantur Contractus do ut des. Nominatio siquidem Regi cessit.
5. Gallicis quoque Academiis nominatio ad certa Beneficia relicta est.
6. Hisce Concordatis multum quidem Curia Romanæ accessit, sed tamen & Regum aucta est potentia.
7. Successive quoque passim oppugnari ceperunt.
8. Nostra vero Concordata minimum Curia Rom. favent.
9. Concordata quomodo alias vocentur.
10. Descriptio Concordatorum, quid scil. sint.
11. Ipsa Concordatorum verba ex Goldast. recensentur.
12. Synopsis quoque Concordatorum ex Goldast. & Limn. in lingua vernacula proposita adjicitur.
13. Horum Concordatorum quatuor constituentur Capita.
14. Primum Caput agit de Provisionibus, qua ratione demonstratur, quod hic specialiter pro Reservationibus Pontificis sumantur.
15. Reservatio quid sit, exponitur.
16. It. Quid sit beneficium, in quo tria distinguendas.
17. Beneficium alias dicitur Præbenda atque Canonica.
18. Olim Reservationes istæ incognitæ fuerunt, postmodum & speciales & generales invaluerunt.
19. Quæ recensentur.
20. Istæ Reservationes quidem per Concilium Basileense sublatae sunt, sed Germania ipsis nihilominus usque ad Concordata subjecta fuit.
21. Capite Concordatorum primo Pontifex promisit, se usurum Reservationibus modificatis.
22. Unde explicatur c. Execrabilis. Extrav. Comm. de Præbend.
23. Insimulque adjicitur, quænam Beneficia dicantur curata, quænam non curata.
24. Occasione d. c. Execrabilis recensentur Beneficia incomparabilia.
25. Quomodo Dignitas, Personatus & Officium differant, exponitur.
26. Recensentur casus, quibus juxta d. c. Execrabilis Provisio Pontificis locum habet.
27. Annectitur, quas Provisiones c. ad Regimen. pen. Extrav. comm. de Præbend. Pontifici reservet.
28. Ergo vigore Concordatorum Pontificis Provisioni reservantur omnia Beneficia in Curia Romana vacantia.
29. Deinde Beneficia Officialium Curia, it. ad Curiam venientium atque recedentium intra duas dietas mortuorum, aliorumque.
30. Denique Beneficia, quæ per affectionem pacificam ad Pontificem pertinent, non vero per Gratiæ expectativas, ob rationes adductas.

31. Alterum Concordatorum Caput in cæteris Beneficiis Electionem quidem permittit, ita tamen, ut Confirmatio ad Pontificem pertineat.
32. Quondam electus intra tres menses Confirmationem petere debuit, sed plenius spatium a Nic. III. indultum.
33. Si Electiones fuerint Canonicae, Pontifex eas confirmare tenetur, alias reprobare potest.
34. Ab impetratione Confirmationis quædam Beneficia excepta sunt.
35. Notatur error Vallens. qui electionis usum hodie exiguum esse dicit.
36. Tertium Caput Menses Papales constituit.
37. Quo circa enarrantur Menses, quibus collatio ad Ordinarios, & quibus ad Pontifices pertinet.
38. Declaratio Gregorii XIII. additur.
39. Hodie quoque alternos Menses Pontifici reservatos esse, tradit Zæf. Exceptionem tamen annectit.
40. Quartum Concordatorum Caput Annatas Pontifici reservat, ubi expliatur, quid sint.
41. Agitur de Origine Annatarum.
42. Causa finalis Annatarum fuit subsidium contra Turcas & infideles, cui expeditio in terram sanctam accessit.
43. Cessante licet expeditione easdem tamen Pontifices de minimis quoque exegerunt Beneficiis.
44. Unde Carolus V. atque Stat. Imper. in Comit. Noriberg. postularunt, ut in necessitatem Imper. adversus Turcas reservarentur. Querelæ Statuum annectuntur.
45. Jam olim quoque in Concil. Basileensi Annatae reprobatae sunt, sed Germanis usque ad Concordata sequior remansit fors.
46. Quomodo & de quibus Beneficiis Annatae juxta Concordata solvantur.
47. Minus recte sentiunt illi, qui Concordatis investituram feudalem Episcoporum Imperatori tributam esse dicunt.
48. Per consequentiam ex Concordatis fuit, quod nonnisi confirmati Episcopi investiendi sint.
49. Imperatorem Preces primariæ Concordatis introductæ non sunt.

N *Atales* nunc ipsa excipiunt *Concordata Nationis Germanicae*, quæ idem in Imperio sunt, quod in Gallia *Pragmatica Sanctio*, hodieque alia pacta cum Pontifice inita, sub hoc tamen notabili discrimine, ut Regnum Gallia hoc respectu Regnum libertatis potius, quam obedientiæ dicatur. *Limn. in not. ad Capit. Carol. V. art. 16. verb. Concordata. num. 9. & seq.* Postquam enim a Basileensis Concilii Patribus, prout in antecedente Capite demonstratum, Papalibus conatibus frenum injectum est, in Concilii illius verba Gallia juravit, atque accurante Carolo VII. Rege anno 1438. *Pragmatica*, uti vocatur, munita est *Sanctione*, vigore cujus *Decreta Concilii Basileensis ab Ecclesia Gallicana* in Conventu Bituricensi, qui autoritate Caroli VII. Regis habitus fuit, *recepta & approbata sunt.* *Limn. ad cit. art. 16. Capit. Carol. V.*

n. 7. Dn. Covring. ad Lampad. p. 3. c. 6. §. 10. ad verb. ter. & quater felices Galliar. Reges. atque Dn. Strauch. in Dissert. de Annat. c. 4. sect. 1. §. 4. Hacque ratione magis in tuto collocata est Gallicana Ecclesia. Nam ob Pragmaticam istam Sanctionem a Curiis supremis Provisiones, Dispensationes, aliaque Privilegia, Pontificibus adversus jus tributa, irrita pronunciata, atque via Appellationum, tanquam ab abulu, ad jus Commune reduc̄ta sunt. Dn. Ziegler. Instit. Jur. Canon. lib. 1. tit. 27. §. 10. Add. Zesf. ad tit. 27. de Prab. n. 25. Postmodum quidem, cum Pontificibus, qui potestatem suam ita limitari videbant, Pragmatica hæc Sanctio displiceret, inter Leonem X. & Franciscum I. Regem Galliar, Bononiæ anno 1515. abolita Sanctione Pragmatica, illa celebrata sunt Concordata, quæ jocosè sub appellatione Contractus de ut des designata sunt. Hisce enim Concordatis divisio quoad provisiones Beneficiorum in Gallia introducta, atque provisio Prælaturarum Consistorio Romano cum jure Annatarum ad sustentationem Cardinalium quidem attributa, Nominatio tamen Regi reservata est. Vid. cum pluribus allegatis Klock. vol. 1. Consil. 4. n. 13. Ne vero Aca- demia Galliar, quarum tunc major erat potestas, quarumve opera Pragmatica Sanctio constituta fuit, Concordata ista impedi- rent, ipsis relicta fuit Nominatio ad cætera beneficia per octime- stre spatium in anno, ad utilitatem Graduatorum aut Nominato- rum. Denique datum indultum Parlamento Lutetiano, ut de- creto suo firmaret & manuteneret Concordata. Limn. d. 1. n. 8. & seq. Quo pacto multum quidem Romanæ Curia accessisse at- que Constitutioni Bituricensi derogatum esse, censet Strauch. om- niser Dissert. Exor. 5. apb. 18. Sed Nominatione, ut vocant, omni- um Episcoporum & Abbatum Regibus concessa, Regia potius potentia magno augmento crevit. Quin imo restorescentibus melioribus studiis, cum in antiquum Ecclesiæ Statum & priores mores diligentius inquisitum, sicque Curia Romanæ improbitas magis magisque in lucem publicam protrac̄ta fuisset, & Regia au- thoritatis libertatisque Ecclesiæ fautoribus hæc Concordata passim

D

oppu-

oppugnata sunt. Licentiæ primas sibi sumfit Universitas Parisien-
 sis, quæ ad futurum provocavit Concilium, postmodum hujus ar-
 gumenti varii a diversis Autoribus prodierunt tractatus, inter
 quos *Limn. cit. loc. n. 12.* laudat *Scip. du Pleix. Dn. Conring.* vero
 ad *Lampad. c. 6. §. 10. circ. fin.* excellere dicit *Petrum Pitbæum,*
Petrum Puteanum & Petrum de Morca, ubi insimul limatum de
 singulis proponit judicium. Nostra vero *Concordata,* nimium
 Curia Romanæ favent, adeoque Germanis sat gravia & onero-
 sa existunt, ut longe profecto infra *Pragmaticam Galliæ Sanctio-*
nem constituta sint, per inferius dicenda. Add. *Dn. Conring. ad*
Lampad. cit. c. 6. §. 10. Vocantur alias simpliciter *Concordata in*
Rec. Imper. August. de anno 1500. tit. Wie man mit dem Pabst han-
deln soll. 43. §. 3. Aliquando *Concordata Nationis Germanicæ cum*
Sancta Sede Apostolica, aliquando vero *Concordata Nationis Ger-*
manicæ. Vid. *Besold. in Thesaur. Pract. verb. Concordata atque*
Limn. ad art. 16. Capit. Carol. V. verb. Concordata. num. 1. & seq.
ibique Goldast. Sed an hæc ratio denominandi cum rei veritate
 conveniat, ex sequentibus patebit. Nihil vero aliud sunt hæc
Concordata, quam *pacta quædam inter Fridericum III. Impera-*
atque Legatum Pontificis celebrata, postmodum vero a Pontifice *Ni-*
colao V. confirmata, quibus (1) omnium Ecclesiarum, quæ in
 Curia vacant, aliorumque nonnullorum Beneficiorum Provisiones at-
 que Collationes Sedi Romanæ reservantur; In cæteris vero (2) Ca-
 nonica permittitur electio. Ita tamen, ut Confirmatio petatur a
 Pontifice, & si is electos ducat inhabiles, de digniori provideat per-
 sona, Mensesque (3) inter illum ac ordinarios Collatores æquo di-
 vidantur, denique (4) de fructibus primi anni Ecclesiarum Carde-
 nialium atque Monasteriorum, virorum scil. a die vacationis sum-
 mæ pecuniarum in libris Cameræ Apostolicæ taxatæ, quæ communia
 Servitia in Concordatis alias Annatæ vocantur, solvantur. Varias
 quidem horum Concordatorum extare Editiones, ex *Trismegisto*
Canonicali Wolfgangi Sigismundi a Vorburg monet *Besold in The-*
saur. Pract. verb. Concordata. Nos tamen, ut de tenore eorundem
 B. Lectori eo melius constare possit, illa ipsa, quæ *Coloniæ an-*

no 1597. impressa exhibuit Goldast. tom. i. Const. Imper. p. m. 403. atque ex eo Manriffæ 6. loco ad Capit. Carol. V. adjecit Linn. huic nostræ Dissertationi inserenda duximus. Ita vero se habent:

Nicolaus Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad sacram Petri sedem, divina dispositione sublimati, singulis, quæ pro universalis Ecclesiæ unione ac pace, & tranquillitate, profutura conspicimus, Apostolicæ providentiæ sollicitudinem libentur intendimus, & ad felicem illorum prosecutionem & consummationem, opem & operam inpendimus efficaces. Nuper siquidem carissimus in Christo filius noster, Fridericus Romanorum Rex illustris, & nonnulli alij dilecti filii, ecclesiastici & secularis Principes inclytræ Nationis Germanicæ, ex una; ac dilectus filius noster, Johannes, Sancti Angeli Diaconus Cardinalis, in partibus illis Apostolicæ Sedis de latere Legatus, per nos ad dictas partes missus, sufficienti desuper a nobis, & Sede Apostolica, auctoritate suffultus, ex alia partibus, Romanæ Ecclesiæ & dictæ Nationis nomine, pro ipsius Ecclesiæ unione pace & tranquillitate inter Ecclesiam, & Nationem prædictam perpetuo solidandis & conservandis, diversa rationabilia & utilia, ordinationes & statua, a partibus ipsis hinc inde approbata, laudata, conclusa, acceptata, & concordata, fecerunt ac ediderunt, nobisque humiliter supplicari fecerunt, ut illis, pro firmiori eorum subsistentia, robur Apostolicæ firmitatis adjicere, nec non auctoritatem potiore, & decretum interponere dignaremur. Nos itaque qui statuta, ordinationes, & concordata prædicta, per nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, magnarum maturitatis, auctoritatis, & literaturæ, viros diligenter examinari & discuti fecimus, eaque rationabilia & salubria, tam Ecclesiæ, quam Nationi præfata fore comperimus; de dictorum, & aliorum venerabilium fratrum nostrorum prædictæ Ecclesiæ Cardinalium, consilio & assensu, Apostolica auctoritate, & ex certa scientia approbamus, ratificamus, laudamus, & acceptamus, & præsentis scripti patrocinio communitus, juxta modum & formam subsequentes.

i. Placet nobis, super provifione Ecclefiarum, & beneficiorum Ecclefiasticorum quorumcunque, uti juris fcripti fervatione, & *Execrabilis* ac *Ad regimen* constitutionum, modificatis, ut fequitur.

Ad regimen Ecclefiæ generalis, quanquam immeriti, fuperna difpofitione vocati, gerimus in noftris defideriis, ut debemus, quod per noftræ diligentiae ftudium, ad quorumlibet Ecclefiarum & monafteriorum regimina, & alia beneficia Ecclefiastica, juxta divinum beneplacitum, & noftræ intentionis affectum, viri affumantur idonei, qui præfint & profint committendis eis ecclefiis, monafteriis, & beneficiis prælibatis. Præmiſſorum itaque Consideratione inducti, & fuadentibus nobis aliis rationalibus cauſis nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum Rom. Pontif. veſtigiiis inhærentes, omnes Patriarchales, Archiepiſcopales, & Epifcopales Eccleſias, & etiam monafteria, prioratus, dignitates, perfonatus & officia, nec non canonicatus, præbendas, & Eccleſias, cæteraque beneficia Eccleſiastica, cum cura, vel ſine cura, ſecularia & regul. quæcunque & qualiacunque fuerint, etiam ſi ad illa perſonæ confueverint, ſeu debuerint per electionem, ſeu quemvis alium modum aſſumi, nunc apud Sedem Apoſtolicam quocunque modo vacantia, & in poſterum vacatura: nec non per, deſiſitionem, vel privationem ſeu translationem per nos, ſeu autoritate noſtra factas, & in antea faciendas ubilibet: nec non ad quæ aliqui in concordia vel diſcordia electi, ſive poſtulati fuerint, quorum electio caſſata, ſeu poſtulatio repulſa, vel per eos facta renunciatio, & admiſſa autoritate noſtra extiterit, ſeu quorum electorum, vel poſtulatorum, & in antea eligendorum ſeu poſtulandorum electionem caſſari ſeu poſtulationem repelli, aut renunciationem admittere per nos, aut autoritate noſtra continget apud Sedem prædictam, vel alibi ubicunque, & etiam per obitum Cardinalium ejuſdem Eccleſiæ Romanæ, aut officialium dictæ Sedis, quamdiu ipſa officia actualiter tenebunt (videlicet Vice-Cancellarii, Camerarii, ſeptem Notariorum, Auditoris literarum contradicтарum, & Apoſtolicæ palatii cauſarum

Audi-

Auditorum, Correctorum, centum & unius Scriptorum literarum Apostolicarum, & viginti quatuor Pœnitentiariæ præfatæ Sedis, & viginti quinque Abbreviatorum, nec non verorum Commensalium nostrorum, & aliorum viginti quatuor Capellanorum Sedis ejusdem in epitaphio descriptorum) & etiam quorumcunque Legatorum, seu Collectorum, ac in terris Romanæ Ecclesiæ Restorum, ac Thesaurariorum deputatorum seu missorum hætenus, vel deputandorum aut mittendorum in posterum, nunc vacantia, & in antea vocatura, ubicunque dictos Legatos, vel Collectores, seu Restores, & Thesaurarios, antequam ad Romanam Curiam redierint, seu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis, nec non quorumlibet pro quibuscunque negotiis ad Romanam Curiam venientium, seu etiam recedentium ab eadem, si in locis dicta Curia ultra duas dietas legales non distantibus jam forsitan obierint, vel eos in antea ab hac luce transire contigerit, & etiam simili modo quorumcunque Curialium peregrinationis, infirmitatis, seu recreationis, vel alia quæcunque causâ ad quævis loca secedentium, si eos, antequam ad dictam Curiam redierint, in locis ultra duas dietas ab eadem Curia, ut præmittitur, non remotis (dummodo eorum proprium domicilium non existat ibidem) jam forsitan decesserint, vel in posterum eos contigerit de medio submoveri, etiam nunc per obitum hujusmodi vacantia, vel in posterum vacatura: Rursus monasteria, prioratus, dignitates, personatus, decanatus, administrationes, officia, canonicatus, præbendas & Ecclesiasticas, cæteraque beneficia ecclesiastica, secularia & regularia, cum cura vel sine cura, quæcunque & qualiacunque fuerint, etiam si ad illa personæ consueverint seu debuerint per electionem, seu quemvis alium moeum assumi, quæ promoti per nos, seu autoritate nostra ad Patriarchalium, Archi-Episcopalium & Episcopalium Ecclesiarum, nec non monasteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipsis factarum, nunc quocunque modo vacantia, aut in posterum vacatura, nec non etiam per assencionem papificam quorumcunque prioratum, personatum, officiorum

canonicatum, præbendarum, ecclesiarum, aut beneficiorum aliorum per nos, seu autoritate nostrarum literarum immediate collatorum, seu conferendorum in posterum, præterquam si virtute gratiæ expectativæ assecutio fiet, nunc vacantia, & in antea vacatura, plena super præmissis omnibus, & singulis cum Fratribus nostris collatione præhabita, & matura deliberatione secuta, ordinationi, dispositioni, ac provisioni nostræ, de ipsorum Fratrum consilio, autoritate Apostolica reservamus; Decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super præmissis & quolibet eorum, per quoscunque, quavis autoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

2. Item placet nobis, quod in Metropolitanis & Cathedralibus etiam immediate non subjectis Ecclesiis, & monasteriis immediate subjectis Sedi Apostolicæ, fiant electiones canonicæ, quæ ad dictam Sedem deferantur, quas etiam ad tempus constit. fel. rec. Nicolai Papæ III. quæ incipit, *Cupientes*, expectabimus: & elapso dicto tempore, si non præsentatæ, vel si præsentatæ, minus canonicæ fuerint, providebimus; & si canonicæ fuerint, eas confirmabimus, nisi ex rationabili & evidenti causa, ac de dictorum Fratrum consilio, de digniori & utiliori persona duxerimus providendum: proviso, quod confirmati prædicti, & per eos provisi, Metropolitanis suis, & aliis præstent debita juramenta, & alia, ad quæ de jure tenentur, etiam in monasteriis dictæ Sedi immediate non subjectis, & aliis regularibus beneficiis, super quibus pro confirmatione, vel provisione ad dictam Sedem non consuevit haberi recursus, electi, seu illi, quibus providendum est, pro confirmatione & provisione hujusmodi ad Curiam Romanam venire non tenebuntur: ipsaque regularia beneficia sub expectativis gratiis non cadant. Ubi autem pro monasteriis ad dictam curiam venire seu mittere consueverint, non aliter confirmabimus vel providebimus, quam superius de cathedralibus Ecclesiis est expressum. Et de monasteriis monialium non disponemus, nisi sint exempta, & tunc per commissionem ad partes.

3. De

3. De cæteris vero dignitatibus & beneficiis quibuscunque, secularibus & regularibus vacaturis, ultra reservationis prædictas (majoribus dignitatibus post Pontificales in cathedralibus, & principalibus in Collegiatis Ecclesiis exceptis) jure ordinario provideatur per illos inferiores, ad quos alias pertinet. Placet etiam nobis quod per quamcunque aliam reservationem, gratiam expectativam, aut quamvis aliam dispositionem, sub quacunque verborum forma, per nos, vel autoritate nostra factam, vel faciendam, non impediamus nos, quo minus de illis, cum vacabunt de Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobr. & Decembris mensibus, libere disponatur per illos, ad quos eorum collatio, provisio, præsentatio, electio seu quævis alia dispositio pertinebat: reservatione, aliave quavis dispositione, autoritate nostra factis vel faciendis, non obstantibus quibuscunque. Quoties vero aliquo vacante beneficio in Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris, Novembris mensibus, specialiter dispositioni dictæ Sedis reservatis, non apparuerint infra tres menses a die notæ vacationis in loco beneficii, quod alicui de illo Apostolica autoritate provisum fuerit, ex tunc & non antea ordinarius vel alius, ad quem illius dispositio pertinebit, de illo libere disponere poterit. Et ad finem, ut hæc ordinatio collationum beneficiorum non reservatorum, per alternos menses possit per dictam Nationem publicari, & omnes, qui ea gaudere voluerint, tempus congruum habeant, eam acceptandi, tunc quoad dictam Sedem, a Kalendis Junii proxime futuris, ipsa currere incipiet, & durabit deinceps, nisi in futuro Concilio de consensu dictæ Nationis aliter fuerit ordinatum.

4. Placet similiter nobis, quod circa provisionem dictæ Sedis ordinandam, modus annatarum hoc modo curat. De Ecclesiis Cathedralibus omnibus & monasteriis, virorum duntaxat, vacantibus, & vacaturis, solvantur de fructibus primi anni, a die vacationis, summæ pecuniarum in libris Cam. Apost. taxatæ, quæ cum munia servitia nuncupantur, & si quæ excessive taxatæ sint, retaxentur: quod provideatur specialiter in grayatis regionibus secundum

dum qualitatem rerum, temporum & regionum, ne nimium prægraventur, ad quod petentibus dabimus commissionem in partibus, qui diligenter inquirent & relaxent. Taxæ autem prædictæ pro media parte infra annum a die habitæ possessionis pacificæ, totius vel majoris partis, solvantur & pro alia media parte infra annum sequentem. Et si infra annum bis vel pluries vacaverint, semel tantum solvantur: nec debitum hujusmodi in successorem in ecclesia vel monasterio transeat. De cæteris vero dignitatibus, personatibus, officiis, & beneficiis secularibus, ac regularibus quibuscunque, quæ autoritate dictæ Sedis conferentur, vel de quibus providebitur (præterquam vigore gratiarum expectatarum, aut causa permutationis) solvantur annatæ seu medii fructus, juxta taxam solitam a tempore possessionis intra annum, & debitum hujusmodi similiter in successorem in beneficio non transeat. Sed de beneficiis, quæ valorem viginti quatuor florenorum auri de Camera non excedunt, nihil solvatur: duretque hæc observantia deinceps, nisi eam similiter in futuro Concilio, de ipsius Nationis consensu contingat immutari.

5. In aliis autem, quæ per sel. rec. Eugenium Papam IV. etiam prædecessorem nostrum, pro dicta Natione, usque ad tempus futuri generalis Concilii, permessa, concessa, indulta & decreta, ac per nos confirmata fuerunt, in quantum illa concordia præfenti non obvenit, ista vice nihil volumus esse immutatum. Et per hoc, quod in Concordatis hujusmodi, sive quibusvis aliis eorum occasione conficiendis literis, propter compendiosorum descriptionem Alemania specialiter appellatur, Natio ipsa censeri non debet Germanica Natione distincta, seu quomodo liber separata.

6. Et præterea quia difficile foret, præsentem literas ad singula, in quibus de eis forsitan fides facienda fuerit, loca deferri, eadem Apostolica autoritate decernimus, quod ipsarum transumpto, Metropolitanorum dictæ Nationis sigillo munito, tanquam præsentibus, si exhiberentur, literis plena fides adhibeatur, & perinde stetur, ac si dictæ præsentem literæ forent exhibitæ, vel ostensæ: &
insu-

insuper quoque irritum & innane, si secus super his a quodquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, ratificationis, laudationis, acceptationibus, commutationis, reservationis, constitutionis, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo, quadragesimo septimo, Kalend. April. Pontif. nostri anno secundo. *Canis. legit. quadrag. octavo XIV. Kal. April. &c.*

Synopsin horum Concordatorum lingua nostra vernacula ex Goldast. *Constit. Imper. tom. II. proponit idem Linn. Manriss. 8. ad Capit. Carol. V. quam itidem melioris declarationis gratia annectendam duximus.*

CAPVT I.

Von der Kirchen-Lehen.

SUm ersten, daß die Reservationen und Vorbehaltung, so geschriebenen Rechten eingeleibet, und das Capitulum Execrabilis, und andere Aufsätze, so zur Regierung gehören, gemäßiget werden sollen.

Zum andern behält ihnen der Pabst die Lehmung aller Patriarchen, Erzbischöffen, Bischöffen, Kirchen, Clöster, Prioraten, Würden, Personaten, Aempter, auch Thum- und Stifft, Pfünden, Präbenden, Kirchen und andern Geistlichen Lehen, mit oder ohne Seelsorge, Weltliche oder Regulirte, wie Sie genannt seyn, obschon Gewohnheit wäre durch die Wahl, oder sonst Personen darzu zunehmen, wann solche bey Römischen Stuhl zu Rom, auf was Gestalt und Weiß es immer möglich, verledigt seyn, oder hiernach verledigt werden.

E

3. Item,

3. Item, wenn durch den Pabst jemand's abgesetzt, seines Besitzens entäußert, verwandelt, es sey wo es wolle, oder, so jemand mit, oder ohn einhellige Wahl erwehlet, welches Wahl vernichtet, oder welches Postulation abgeschlagen.

4. Item, so jemand sein Pfründ begeben, und solches durch den Pabst zugelassen: oder, wann der erwehltten Wahl, und der, so von andern Kirchen postulirt, die Erforderung nichtig, oder die Begehrung abgerieben, oder Verlehung der Pfründ vom Pabst zugelassen würde, oder sonst durch Päpstliche Ansehung beschicht, bey dem Römischen Stuhl, oder anderswo: zudem, was für Lehen durch der Römischen Kirchen, Cardinal, und anderer Beampten Absterben, verledigt seyn oder werden, so lang Sie in wahren Gebrauch ihrer Aempter seyn: als nemlich des Verwesers, der Cantzler, Cämmers, der VII. Notarien, der Verhörer, widerwärtige Geschrifften, des Römischen Hof's Sachen Verhörer, derer, so die Brief corrigiren, der ein und hundert Schreiber Apostolischer Brief, und der XXIV. Beichtväter des gedachten Stuhls, der XXV. Bekürzer der Brief, und des Pabst wahren Tischgenossen, und der andern XXVI. Caplän, die in Epitaphio aufgezeichnet seind, auch aller Päpstlicher Botschafften: ein sonderer Verweser in der Römischen Kirchen, Ländern und verordneten Schatzmeistern, und so mit der Zeit mögen verordnet werden, und Befehl von des Pabst Nachkommen erlangt, oder erlangen mögen, es stehen gleich gemeldte Päpstliche Amptleute in oder ausserhalb des Römischen Hof's.

5. Item alle andere, so Rom besuchen, die zwischen zweyen Tagreisen von Rom sterben, ferner die Clöster, Prioraten, Würden, Dechanten, Personaten, Kirchen verwesende Aempter, Canonicate, Präbenden, und andere Geistliche Lehen, weltlich oder regulirt, mit oder ohn Seelsorg, obchon bräuchlich, oder vonnöthen, daß Personen zu solchem, durch Erwehlung oder andere Weiß, angenommen werden, die sollen alle des Pabst's Verlehung zustehen, so der Besitzer zu einem Patriarchen, Erzbischoff, Bischöflichen Kirchen, oder eines Clostere Regierung, durch den

den Pabst gefördert, und also zu Zeiten seiner Förderung verledigt werden.

6. Item, welche Pfründen durch den Pabst, oder aus Achtung seiner Brieffen, ohne Mittel friedlich erlangt seyn, es seyn Prioraten, Personaten, Aempter, Cononicaten, Præbenden, Kirchen, oder andere Pfründen, so dieselben wiederum verledigt werden; ausgenommen, so einer durch die Gracien expectativen in Possess kommen wäre.

7. Alle diese erzehlte Lehen, so damahls ledig, oder in Zukunft verledigt würden, behält ihm der Pabst zu verordnen, zu verschaffen, und zu versehen, aus Apostolischen Gewalt, und seiner Brüder, der Cardinäle Bewilligung, mit denen Er sampt und sonder alle Punkten erweget, und zuletzt beschlossen habe: Erkennt damit, daß alles nichtig und vergebens seyn solle, was darwider von jemand, es sey aus was Gewalt es wolle, fürgenommen oder unterstanden werde.

CAP. II.

Von der Wahl.

Der Wahl halben gefällt dem Pabst, daß in Erz=Stifften, und andern Bischöflichen Stifften, auch in andern, so dem Stuhl zum Rom nicht ohne Mittel unterworfen, und in Ebstern, sie seyen unterworfen oder nicht, ordentliche Wahl beschehe, und dem Stuhl zu Rom angezeigt werden solle, und wo die nicht, nach dem Pabstlichen Reguln, und nicht canonice beschehen, will der Pabst andere Fürscheidung thun; wo sie aber rechtmässig, so will Er sie bestätten; es wäre denn aus ehehafften Ursachen nach Rath der Cardinäle, mit einer ehrlichen und nützlichern Person Fürscheidung zu thun.

CAP. III.

Von Theilung der Monaten.

Wird sagt den Pabst: es gefällt uns das, daß wir der ordentlichen Lehung keinen Eintrag thun wollen, durch einig Vorbehaltung der Gracien expectativen, oder andere Verschaffung, mit was

was Worten durch uns, oder unsere Macht solches beschehen möch-
te; und daß nemlich in nachgehenden Monaten, im Hornung,
April, Brachmonat, August, Weinmonat und Christmonat, zu
welchen Zeiten, die ordentlichen Lehenherrn, den die Leihung,
Praesentirung, Erwählung, und ander Verschaffung zustehet, frey
handeln und verschaffen sollen.

2. Wann aber ein Pfünd verledigt ist im Jenner, Merken,
Mayen, Heumonat, Herbstmonat und Wintermonat: Diese Mo-
nat sind Päpstlichen Stuhl vorbehalten.

3. So ist unser Wohlgefallen, daß diese Ordnung oder Ver-
leihung der Pfünden, so uns nicht vorbehalten, und in den verwech-
selnden Monaten von uns und den Ordinarien beschehen, soll öffent-
lich ausgehen durch Deutsche Nation, auf daß jedermann, so sich
heren erfreuen, und halten wolte, gelegene Zeit habe, die anzuneh-
men. Und alsdann soll, auf unsere Bewilligung, der Anfang seyn,
den Ordinarien am ersten Tag des Brachmonats, damahls nechst-
künftig, und ihnen fürder bleiben, wie beendigt und obangezeiget ist;
Es wäre dann, daß im künftigen Concilio, aus Bewilligung
Teutscher Nation, anders verschafft und gesetzt würde.

CAP. IV.

Von Amaten.

Ullest, gefällt uns, daß mit den Annaten diese Meynung hiez-
zwischen, und durch den Römischen Stuhl, weiter Fürlebung
gehalten werde, von allen Thum, Kirchen, und Manns, Clöstern,
so verledigt seyn oder werden, die Geld Summa, so in den Büchern
der Apostel Cammer angeschlagen und taxiret ist: welches Geld ge-
meine Dienstbarkeit genannt wird) welche zu hoch angeschlagen sind,
die sollen von neuen gemuthmaßt und angeschlagen werden, und soll
besonder Aufsehen beschehen bey den bestwertten Ländern, und be-
dacht werden, Gelegenheit der Zeit, und der Landart, auf daß sie
nicht zu viel beschwebret werden; darzu wir Befehlhaber abfertigen
wollen, die in jeder Gelegenheit fleißig erforschen anders zu taxiren.

Atque

Atque hæc quidem ipsa *Concordata* sunt, quæ *quatuor* potissimum complectuntur *Capita*. *Primum* Provisiones atque Reservationis Pontificum certa ratione declarat atque modificat. *Alterum* in quibusdam Capitulis electiones quidem canonicas permittit, ita tamen ut in Curia Romana petatur Confirmatio. *Tertium* Menses Papales determinat atque constituit. *Quartum* denique Annatas Sedi Romanæ reservat. De singulis pauca adjiciemus.

Et quidem quod *primum Caput* concernit, *Provisionum* nomine alias quidem omnes modi veniunt, per quos Ecclesiæ providetur, sive nominationes, postulationes, electiones, præsentationes, confirmationes atque institutiones, sive etiam collationes sint. *Dn. Ziegler. ad Instit. Jur. Canon. lib. 1. tit. 27. §. 5.* Hic tamen Provisiones specialiter Reservationes beneficiorum, per Pontificem solummodo secundum regulas Cancellariæ Apostolicæ conferendorum, denotant. Unde quoque cum illis in *Concord. sub fin. §. 1.* conjunguntur. Sunt autem *Reservationes* istæ nihil aliud, quam beneficii Ecclesiastici vacaturi ad Pontificem factæ avocationes, quibus ordinarii Collatoris manus ita ligantur & constringuntur, collatio ab eo fieri nequeat, facta vero annulletur. *c. ad Romanæ ult. Extrav. Comm. de Præbend. Zoës. ad tit. 2. de Præbend. n. 24.* Beneficium vero dicitur jus percipiendi fructus ex bonis Ecclesiasticis, seu Deo dicatis, propter officium aliquod spirituale, autoritate Ecclesiæ constitutum, in quo *tria* distinguenda. (1.) Ipsum *officium*, seu obligatio, qua quis functionem spirituales obire atque vel horas Canonicas legere, vel Sacramenta administrare tenetur. (2.) *Jus percipiendi fructus*, quia æquum est, ut, qui altari servit, de altari vivat, atque (3.) *ipsi fructus percipiendi* ex bonis Ecclesiasticis. Dicitur alias quoque *Præbenda*, quæ proprie eam portionem denotat, quæ de communi bonorum Ecclesiasticorum massa sumitur, atque singulis pro rata præbetur, atque *Canonica*, item *Canonicatus*, quamvis posterius vocabulum denotet ipsum quoque officium, quando quis assumitur ad tale ministerium beneficii Clericalis, quale Canonici habent. *Vallens. ad tit. 2.*

de Præbend. §. 1. n. 2. Olim quidem, prout jam antea in *Proœmio hujus Dissertat.* monuimus, hæc ratio conferendi ministeria Ecclesiastica, quam ex sententia nonnullorum Collationem Pontificis nominavimus, plane incognita fuit, post modum tamen, ut puta Papalis Monarchiæ, Episcoporum constituendorum potestatem variis modis ad se sensim trahentis, inventum, in tantum invaluit, ut Reservationes non solummodo *speciales*, per quas Pontifex certam Ecclesiam, beneficium, aut dignitatem suæ provisioni retinuit; sed & *generales* excogitatæ fuerint, quibus plura beneficia sibi Pontifex reservavit. Cujusmodi sunt (1) omnia in Curia scil. Romana vacantia, vel in loco Curia vicino, per mortem ejus, qui ad Curiam veniens, ibi, vel in loco vicino, mortuus est, *sec. c. præsentis 34. de Præbend. in. 6.* Ejus etiam conditionis sunt (2) beneficia, quæ curam animarum annexam habent, si vacaverint per acceptionem secundi beneficii, citra dispensationem *Extrav. Execrabilis, de Præbend. & Dignit. de qua postea, ut & (3) Reservationes, de quibus c. ad Regimen. pen. Extrav. Comm. de Præbend.* aliæque (4) per regulas Cancellariæ Apostolicæ introductæ. *Zoëf. ad cit. tit. 24. de Præbend. n. 24. sub fin. Add. Cbristin. Decis. Belg. vol. 1. Decis. 358. n. 3.* Omnes has *Reservationes* sive *generales*, sive *speciales*, sive per *Extravagantes*, sive etiam per regulas Cancellariæ introductæ sint, *Concil. Basileens. Sess. 23.* sustulit, excipit *Zoëf.* eas, quæ Corpore Juris clausæ continentur. *Clausas vero Corpore Juris* illas Doctores Gallicæ Nationis habent, quæ continentur *Decreto, Decretal. Gregor. IX. Sexto Decret. & Clement.* non etiam, quæ continentur *Extravag. aut Regulis Cancell.* *Zoëf. d. loc. n. 26.* Sed Pontificis manus per dictum Concilium nec ligatas esse, nec ligari potuisse, idem *Zoëf. cit. loc.* utut male, opinatur. Unde infelix nostra Germania, quæ Decretis Basileensis Concilii ob infelicem sortem, prout in *cap. anteced.* demonstravimus, usâ haud est, istis Reservationibus subjecta fuit usque ad Concordata nostra, quibus Pontifex Nicolaus V. Reservata introducta per regulas Cancellariæ Apostolicæ atque Constitutionem Benedicti XII. quæ in *c. ad Regimen. pen. Extrav.*

Extravag. Commun. de Præbend. habetur, modificavit. *Sprenger. Instit. Jur. publ. lib. 2. c. 4. tit. de Concord.* insimulque promisit se non nisi juris scripti provisionibus atque *Execrabilis & ad Regimen Constitutionibus* modificatis usurum. Ergo hoc ipso *capire primo Concordatorum*, præter Juris scripti provisiones, de quibus jam antea dictum, non solum illas, quæ in *Cap. Execrabilis. un. Extrav. Job. de Præbend.* sed & in *c. ad Regimen. pen. Extrav. Comm. eod. continentur* Pontifex sibi reservavit, ejusque rei gratia integrum *c. ad Regimen*, quoad nonnulla tamen ad Sedis Romanæ arrogantiæ atque Gratias expectativas pertinentia mitigatum, Concordatis nostris inferuit, ut adeo ad illarum *Extrav.* breviorē ducamur explicationem. Ex hac enim de Provisionibus, Sedi Romanæ reservatis, sat abunde constabit. Constitutio itaque *Execrabilis*, quæ etiam in *c. 4. Extrav. Comm. de Præbend.* habetur, secundum *Gloss. in duas partes* dividitur, ita ut in *prima* ratio Constitutionis multiplex præmittatur; in *secunda* vera Constitutio modificata contra illos, qui plures dignitates, personatus, officia, aut beneficia obtinent, hæcque *posterior pars* iterum *quatuor membra* complectitur. In *primo* namque contra prædicta ex dispensatione obtinentes statuitur, quod unum tantum cum cura, atque alterum sine cura licite retinere queant, ita tamen ut intra mensem optionem peragere atque reliqua coram Ordinario, sub testimonio publico, intra idem tempus cum effectu dimittere debeant. *d. Extrav. Execrabilis. §. Statuimus &c.* In *secundo* contra beneficia illa absque dispensatione Canonica obtinentes statuitur, quod cæteris dimissis illud tantummodo, quod ultimo receperunt, retinere possint, in *§. Porro.* In *tertio* contra recipientes beneficium primo non compatiens jus novum annectitur, in *§. qui vero.* atque provisio beneficiorum, hoc modo vacantium, Pontifici reservatur in *§. Inbibentes.* In *quarto* denique modificatio Constitutionis additur, quænam *beneficia curam animarum annexam* habere dicantur, id quod *dupliciter* fieri dicitur, vel *proprie*, quoad forum interius, ac potestatem populo, certis limitibus

tibus distinctio, sive Parochiæ, Sacramenta administrandi, vel *improprie*, seu quoad forum exterius aut contentiosum, vigore cuius beneficiatus ea exercet, quæ Jurisdictionis spiritualis esse dicuntur, qualia sunt, visitare, inquirere, suspendere, excommunicare & absolvere. Vid. *Vallens. ad tit. 24. de Præbend. §. 2. n. 2.* ex quibus facile jam colligi potest, quænam *beneficia non curata* sint, quæ scilicet ejusmodi curam annexam non habent. *Dn. Ziegler. ad Instit. Jur. Canon. lib. 1. tit. 27. §. 40. sub fin.* Hæc in *Extrav. Excecrab.* habentur, qua occasione multa disputatio de *beneficiis comparabilibus & incomparabilibus* occurrit. *Incomparabilia* vero Canonici illa dicunt, quæ nec de Jure communi, nec de consuetudine, statuto aut fundatione simul retineri possunt, ut sunt (1) duo *Beneficia curata*, curam scilicet animarum, juxta antea dicta, annexam habentia, (2) *duæ Dignitates*, administrationes sc. rerum Ecclesiasticarum cum jurisdictione, ut sunt Præpositura, Decanatus, Archi-Diaconatus, Abbatia. *Vallens. cit. loc. num. 4. Dn. Ziegler. ad Instit. Jur. Canon. cit. tit. 27. §. 41.* (3) *duo Personatus*, qui nihil aliud, quam præminentiam & prærogativam in Ecclesia sine jurisdictione denotant, ut si quis habeat stallum in choro, aut locum in processionibus præ aliis honorificum. *Vallens. atque Ziegler. d. l. (4) duo Officia*, sive in eadem Ecclesia, sive etiam in diversis, quæ administrationem rerum Ecclesiasticarum denotant, sine jurisdictione atque præminentia. Differunt enim *Dignitas, Personatus & Officium* in eo, quod *Dignitas* annexum habeat officium, sive rerum Ecclesiasticarum administrationem cum jurisdictione; *Personatus* sit quædam prærogativa in Ecclesia post existentes in dignitate, ut Diaconorum atque Clericorum vulgarium; *Officium* vero sit administratio rerum Ecclesiasticarum sine dignitate ac personatu. *Dn. Ziegler. lib. 3. Instit. Jur. Canon. tit. 1. §. 14.* ibique allegat. *Barbos. de Jur. Eccles. atque Redoan. de Simon.* Quamvis hæc distinctionem non perpetuam esse dicat *Vallens. cit. loc. n. 7.* ubi tutius credit, quod vim istorum nominum spectare consuetudinem cujusque Ecclesiæ. Hæc beneficia dicuntur a *Vallens. ad tit. 24.*

de

de Concess. Præb. §. 4. n. 3. & seq. incompatibilia primi generis, in quibus retinendis non potest dispensare Episcopus, sed solus Pontifex. Hinc & prius, quod vacat, ipso jure per adeptionem secundi reservatur provisioni Sedis Apostolicæ in d. Extrav. Execrabilis, secundum quam provisio Sedis Apostolicæ dispositioni reservatur: (1) Si quis vel præcedente dispensatione eligat duo beneficia, unum cum, alterum sine cura, cæteris dimissis, vel (2) si quis non eligat, nec cætera dimittat, vel (3) dimittat quidem, sed sine nova collatione ad ea redeat, vel etiam (4) si quis nulla præcedente dispensatione plura retineat beneficia, quibus omnibus secundum dispositionem Constitutionis illius vocatio inducitur, teste Gloss. ad d. Extrav. Execrabilis. verb. ut præmittitur. Quod porro concernit Constitutionem ad Regimen, quæ Benedicti XII. est, atque in c. pen. Extrav. Comm. habetur, illa Curia Romanæ istas primo reservat provisiones, quas Clemens in c. licet. 2. de Præbend. in 6. atque Bonifacius VIII. in c. præsentis. 34. eod. introduxerunt, postmodum vero speciales quasdam adjicit Reservationes. Unde vigore harum Constitutionum atque Concordatorum nostrorum a Pontificis atque Sedis Apostolicæ collatione sola dependent (1) omnia beneficia apud Sedem Apostolicam, sive in Curia Romana, nunc vacantia & in posterum vacatura, sive Patriarchales, Archiepiscopales atque Episcopales Dignitates, sive Prioratus, Personatus, aliaque Officia, sive majora sive minora sunt, sive curata, sive non curata, sive secularia, ubi Clerici nullam profitentur regulam, sed vel ex fundatione vel consuetudine aut præscriptione DEO in seculo inserviunt. Vallens. ad tit. 2. de Præb. §. 2. n. 8. sive etiam regularia, quæ certæ regulæ, ut Augustini, vel Benedicti &c. adstricta sunt, id quod jam antea Clemens Pontifex in d. c. licet. 2. de Præbend. in 6. constituerat. (2) Beneficia per depositionem, privationem translationem, renunciationem atque electionis vel postulationis reprobationem vacantia. (3) Beneficia Cardinalium aliorumque Officialium Curia, sive Sedis Romanæ qui enarrantur, ut & Legatorem sive Nunciorum, Rectorum, Thesaurariorum nunc vacantia & vacatura, ubi

que etiam obierint. (4) *Beneficia* pro quibuscunque negotiis ad Romanam Curiam venientium, seu ab eadem recedentium, si in locis a dicta Curia ultra duas diatas legales non distantibus obierint. Per diatam autem cum *Gloss. ad c. presentii. 34. de prebend. in 6. verb. legalis Zoës. ad tit. 28. de Prebend. n. 24.* intelligit viginti milliaria, quorum unum mille passus habet, ita ut viginti milliaria computentur pro itinere unius diei. Hinc Juris Civilis constitutiones vicena millia passuum in singulos dies dinumerare, testis est *J. Crus in l. 3. de V. S. Calvin. in Lex. Jur. ad verb. Diata.* (5) *Beneficia Curialium*, peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis causa intra duas istas legales diatas a Curia mortuorum, nisi ibi domicilium habuerint. Atque horum, ut & illorum beneficiorum collationem, de quibus n. 2. & 3. dictum Bonifacius quoque VIII. in *err. c. 37. de preb. in 6.* sibi ad scripsit. Porro (6) *Beneficia* quæ promori a Sede Apostolica ad majores dignitates, Patriarchales scilicet, Archiepiscopales & Episcopales, ut & Monasteriorum regimina, tempore promotionis obtinuerunt. Denique (7) *Beneficia* per *affectionem pacificam* ad collationem Papæ spectantia, præterquam si virtute Gratiæ expectativæ fiat, die durch den Pabst oder aus Aetzung seiner Briefe ohnmittel friet sich erlanget, ausgenommen, si einer durch die Gratiæ expectativæ in Possess kommen. Ejusmodi siquidem Gratiæ expectativæ, per Pontificem alicui concessæ, secundum ipsorum Canonistarum confessionem, odiosæ sunt, partim quia per eas datur via ad vacatura beneficia, partim quia ordinariæ præjudicant potestati. Episcopi quoque, quibus per illas providetur, quo animo ad regendam Ecclesiam accedant, vel quondam accesserint, ex eo unico constare potest, quod refert *Cranz. Nicolauum* quendam, provisione Apostolica Lubecensem Episcopum creatum, ubi comperisset, Libecam ad temporale dominium illius Eccles. non pertinere, graviter sibi metipsum indignatum fuisse, quod non ante perquisivisset rerum qualitatem, ne tanti laboris & sumtuum impendia fecisset. Et hæc *beneficia* sunt, quorum collationem in prima capite *Concordatorum* Nicolaus
Pon-

Pontifex Sedi Apostolicæ reservavit. De quibus etiam videri potest Sprenger, *Instit. Jur. publ. cit. c. 4. de Concord. Germaniæ.*

Extra hæc reservata beneficia Pontifex in *secundo capite Concordatorum* (1) in cæteris Metropolitanis & Cathedralibus Ecclesiis, ut & Monasteriis, sive Sedi Apostolicæ immediate subiecta sint, sive non, electionem Canonicam permittit, qualis illa perhibetur, quæ per eos peragitur, ad quos de jure, consuetudine, aut privilegio electio spectat, ut sunt, qui ad gremium loci spectant, cui præficiendus quæritur, & quidem in secularibus beneficiis Canonici, in regularibus vero Monachi. *Zoëf. ad tit. X. de Elect. n. 2. & seq.* Ita tamen (2) ut intra tempus, a Nicolao III. Papa in *c. Capientes ib. de Elect. in 6.* constitutum, ad Sedem Apostolicam Confirmationis gratia electiones deferantur. Electus quidem jam antea juxta Constitutionem *Gregor. X. in c. Quam sit. 6. eod. in 6.* a die nuntiatae ac præsentatae electionis intra tres menses sequentes de se factæ consentire, eamque cessante justo impedimento, sub pœna amissionis acceptate, postmodum vero intra tres menses sequentes sub simili amissionis pœna confirmationem petere debuit. Sed hoc posterius tempus, atque *trimestre* confirmationis spatium Nicolaus III. *inaiter capientes.* in electione cathedralium & regularium Ecclesiarum, quarum confirmatio ad summum Pontificem spectat, velitate rejecta appellatione ad ipsum devolvitur, ita immutavit, ut intra *annum mensem* post consensum, vel notitiam electionis, ipsemet electus per se, vel si legitime sit impeditus, per procuratorem ad Sedem Apostolicam iter arripere, & ad illud conficiendum *tantum temporis* sumere debeat, *quantum necesse fuerit pro locorum distantia.* *Valent. ad tit. X. de El. §. 7. in 4. in fin.* Hoc spatium & Pontifex in nostris approbat Concordatis, ita tamen, ut si (3) electiones intra illud ad Sedem Apostolicam deferantur, atque canonicæ sint, eas confirmare teneatur; quod si vero (4) vel plane non præsentatæ, vel præsentatæ, sed minus canonicæ fuerint, illas reprobare, imo ex rationabili & evidenti causa de digniori ac utiliori persona Ecclesiæ providere potest. Hoc modo (5) confirmati, vel per

provisionem Pontificis constituti, nihilominus Metropolitanis suis juramenta, aliaque ad quæ de jure tenentur, præstare debent. Excipiuntur tamen (6) ab hoc recursa ad Sedem Apostolicam, pro confirmatione vel provisione impetranda, partim monasteria aliaque regularia beneficia, quorum confirmatio hætenus a Curia Romana sive Pontifice haud conservit peti; partim etiam cæteræ dignitates & beneficia quæcunque & secularia, & regularia, in quibus provisiones Pontifex illis permittit, ad quos alias jure ordinario pertinent, exceptis tamen majoribus dignitatibus in Ecclesiis cathedralibus, aliisque beneficiis, quorum confirmationem sibi Pontifex reservavit. Vid. *Becker. in Synops. Jur. Imper. Roman. German. lib. 3. c. 3. §. 7.* Atque ex hoc secundo *Concordatorum* nostro capite jam aperte liquet, quam graviter *Vallens.* si etiam Germaniam nostram subintelligere velit, erret in *it. N. de Election. §. ult. n. ult.* ubi usum electionis hodie exiguum esse dicit, propterea, quod omnes Ecclesiæ Cathedrales & Metropolitanæ reservatæ sint dispositioni Sedis Apostolicæ, per secundam regulam Cancellariæ. Ejusmodi namque reservationes, quæ in hisce *Concordatis* non habentur, sive in regulis Cancellariæ contineantur, sive non, in Germania omnino reprobandas esse censemus.

Tertium caput Menses Papales, a Besold. in Thes. Pract. Apostolicos dictos, determinat, quos jam antea *Sixtus IV.* Pontifex, discordiam ex Pragmatica Galliæ Sanctione subortam componere volens, constituit atque Ordinariis Regni Franciæ ad conferenda beneficia cæteros sex menses concessit in *c. ad universalis. i. Extrav. Comm. de treug. & pac.* Verum, ut ex summa istius capituli apparet, hæc dispositio, tanquam Juri communi, & decretis Constantiensis & Basileensis Concilii contraria, effectum quidem sortita non est, in nostris tamen Concordatis approbatur. Quocirca hoc *tertium cap.* eo principaliter tendit, ut beneficia Ecclesiæ, sicuti (1) *Mense Februario, Apr. Jun. Aug. Octobr. & Decembri* vacaverint, ad collationem Ordinarii pertineant, ita ut illam Pontifex nec per reservationes, nec per gratias expectativas, aut aliam quamvis dispositionem,

nem,

nem, impedire queat. Excipiuntur tamen omnia beneficia ad provisionem Pontificis spectantia, de quibus *in c. 1. Concordatorum* dictum. Vid. *Sprenger. cit. loc.* Beneficia vero (2) *Januario, Martio, Majo, Julio, Septembri & Novembri*, utpote Mensibus Papalibus vacantia, sunt reservata collationi Pontificis, ita tamen (3) ut si in loco beneficii is, cui collatio facta non appareat intra tres menses a die notæ vacationis, collatio Ordinatio competat. Quod ipsam tamen modificando iterum (4) immutavit Gregorius XIII. in declaratione constitutionis a Nicolao V. editæ circa collationes beneficiorum vacantium in Mensibus Sedi Apostolicæ reservatis, juxta formam Concordatorum cum Natione Germanica, proposita a *Goldst. tom. 1. Constit. Imper. pag. 410.* atque *Limn. Mant. 7. ad Capitul. Carol. V.* ita scilicet ut sufficiat intra prædictos tres menses a die notæ vacationis a Sede Apostolica gratiam atque dispositionem fieri, ejusque concessionis fidem & testimonium intra prædictum tempus a die notæ vacationis vel Collatoribus significari, vel in beneficii loco publicari. Verba istius declarationis huc facientia inter alia hæc sunt: *Nos indignum rati, quod temporis mora, quam ad perscrutandum accuratius talium probitatem, industriam, & alia requisita intercedere pro utilitate Ecclesiæ necesse est, locum injuriis aperiat, attendentesque verba prædicta (in loco beneficii) cum verbis, (notæ vacationis) quæ protinus antecedunt, conjungi, & ad illa duntaxat referri, ac voluntatem concedentis, sensumque concessionis, & literarum prædictarum sic esse, ut dispositio beneficii intra tres menses a die notæ vacationis, a Sede prædicta fieri, deque gratia facta alicubi apparere debeat, quemadmodum re inter utriusque Juris Interpretes jam pridem controversa, summa ratione judicatum apparet: vix enim est, ut irinevibus non modo infestis aut prohibitis, quod fere semper contingit, sed etiam expeditis, quis ex tam longinquis regionibus ad dictam Sedem profectus, & in ea ad expediendum negotium, vel paulisper moratus, in eandem se recipere tanta temporis angustia possit. Quocirca, æquitate & justitia suadentibus, præsentium auctoritate declaramus, concessionem Nicolai Papæ, & literas prædictas locum omnino non habere,*

quod Ordinarii, aut alii Collatores prædicti, post lapsum trium mensium ex die nota vacationis in loco beneficii disponere possunt, de ullis beneficiis prædictis, alias sub concessione, & literis prædictis comprehendis, extra Rom. Cur. in mensibus prædictis quoquo modo vacantibus, vel vacaturis, de quibus intra dictum tempus trium mensium per Romanum Pontificem ad dictam Sedem qualiscunque gratia vel dispositio, aut concessio facta fuerit. Ne tamen cuiquam licitum sit, factum a Sede prædicta dispositionem hujusmodi in longum obtrahere: illi, quibus deinceps gratia hujusmodi concedentur, veram concessionum fidem, & testimonium, intra tres menses, a die nota vacationis, in loco beneficii hujusmodi, vel dictis Collatoribus significare, vel in ipso beneficii loco publicare quoquo modo teneantur. Addi Sprenger. in Instit. Jur. Publ. cit. lib. 2. c. 7. de Concordat. German. Hodie quoque plerisque in locis alternos menses Sedi Pontificia reservatos esse, ut illis Pontifex conferat beneficia quocunque modo vacaverint, nisi per resignationem aut cessionem fiat occasio. Exrav. docet Zoëf. ad rit. 23. de Prab. n. 26. Und das sind die gewissen Monat, darinnen die erledigten Beneficia dem Päbſt. Stuhl mit der Collation heimstehen. Burgold. in Not. Imper. p. 2. disc. n. membr. 7. §. 8. Quantum ergo hisce Mensibus Romanæ Curia favor ad pingue beneficium acquirendum valeat, teste Buseb. de bon. Ecclesiast. deductione non eget. Excipiuntur tamen, secundum limitationem a Sprenger. cit. loc. propositam, majores dignitates post Pontificiales in cathedralibus & Principales in collegiatis Ecclesiis, sive cathedralium, metropolitanorum & monasteriorum immediatorum beneficia, in quibus, exclusis mensibus Papalibus electiones peragi dicit canonicas.

Quartum denique & ultimum caput Annatas Pontifici reservat, quæ ab anno denominationem recipiunt, non quod annum canonicam constituant, sed quod sint primi anni fructus ex vacante beneficio Papæ Romano pendendi. Arnd in Lex. Antiq. Eccl. sub voc. Annate. Limn. ad Cap. Carol. K. art. 16. verb. Annaten. n. 1. & seq. Episcopus namque aut Abbas, qui recens in demortui locum successit,

Pontifici Romano fructus integros unius anni ex sacerdotio isto persolvere tenetur. *Sleidan. lib. 4. Comm. ad ann. 1525. Strauch. Diff. Exor. 5. apb. 17. atque Burgold. in Nor. Imper. p. 2. dise. II. membr. 3.* Originem earundem ad Justiniani Imperatoris nostri tempora refert *Dionys. Galb. fred.* quod ex *Nov. 123. c. 16.* ejusque verbis: Ubius anni emolumenta non transcendentem &c. probare conatur, sed non in Oriente primam illarum institutionem quarendam esse, pluribus demonstrat *Strauch. cit. loc.* atque in *Dissert. de Annat. c. 1. sect. 1. §. 3.* Quare harum inventionem Johanni XXII. Pontifici plerique adscribunt. *Platina vero de vid. Pontif. Bonifacium IX.* istum autorem facere videtur, dum primum constituisse refert, ut, qui beneficium consequitur, dimidium anni proventus Fisco Apostolico solveret, quamvis dubius adhuc sit, dum addit: *Sunt tamen, qui hoc inventum Johanni XXII. adscribant.* Sed quo minus ejusdem sententia calculum mereatur, facit Concilium Viennense, sub Clemente V. habitum, quod easdem jam tum recepit. Sic & Alexandri IV. a tate propter Annatarum reservationes reclamatum fuisse, refert *Card. Hostiens. ad 15. c. de Off. jud. ordin.* Unde nonnulli a promotis initio Annatas sponte solutas esse censent, eamque solutionem postea in scriptis redactam, obligationem induxisse. Quicquid tandem sit, hoc cerre constat, tempore Bonifacii nullam perpetuam & universalem Annatarum legem extitisse, siquidem ipse Papa sola bellorum contra infideles occasione easdem indixit. *Marc. Anton. de Dominis de Republ. Eccles. lib. 6. c. 9. n. 63.* Postea tamen, maxime tempore Pii II. & Innocentii IX. certæ constitutiones, quæ legis vigorem obtinuerunt, de illis editæ, atque Juri Pontificio adjectæ sunt. vid. *c. 1. cum seq. l. 7. Decret. de Annat.* Causa Annatarum finalis non equidem, ut septimus ille Decretalium liber a *Petr. Matth. collectus c. 7. de Annat.* censet, fuit inopia Papæ & Cardinalium, quasi introductæ fuerint ad subventionem Papæ & Cardinalium indigentium, sicut & Charitativum Subsidium. Hoc namq; manifeste absurdum est, per ea, quæ tradit *Dn. Covring. in animado.*

ad

ad Bull. Innoc. X. c. 8. Sed sat speciosa, subsidium scil. contra communes Christiani nominis hostes Reservati namque debebant *contra Turcas*, Saracenos, aliosque Reipubl. Christianæ hostes, quo, si casus & necessitas urgerent, paratus esset thesaurus, unde belli sumtus, aliaque necessaria depromi possent. Huc respiciens Maximilianus I. Imperator cum Statibus in Comitibus Augustanis decrevit, propter bellum Turcicum mittendam esse legationem ad Pontificem Alexandrum VI. ut Rempubl. ope consilioque juvaret, & Annatas Nationis Germanicæ, hac potissimum de causa olim concessas, in hunc usum contribueret. *R. I. de anno 1500. tit. Wie man mit dem Pabst handeln soll. 43.* Accessit deinde specialis ratio & titulus *Expeditio scil. in terram Sanctam* ad recuperandam Hierosolymam, religionisque socios e Turcarum servitute liberandos, quæ communi nomine *Passagium* appellatur, ut ex oratione, quam iussu Friderici III. Imper. ad Nicol. V. Pontificem habuit Aeneas Sylvius, apparet, quam integram nobis exhibuit, notisque illustravit *Dn. Bacler.* Cessante hac expeditione, utpote causa, cessare etiam debuissent Annatas, tanquam effectus, ut deputati Concilii Basileensis ad Papam Eugenium IV. conqueruntur. *Marc. Anton. de Domin. civ. loc.* Sed sicut secundum effatum *Tacit. 2. Histor.* quæ gravia & intoleranda, sed necessitate armorum excusata, etiam in pace plerumque manent; Ita & Pontificibus consuetudo fuit solennis, Annatas, utut temporarias pro sola belli necessitate, cessante licet hac, nihilominus exigere, quæ postmodum in tantum invaluit, ut Germania sola, Galliam enim aliaque regna & provincias sicco præterimus pede, etiam de minimis beneficiis Annatas solvere necesse habuerit, quarum quantitas in immensam excrevit summam, prout videre licet ex *Dn. Strauch. Dissert. de Annat. c. 3. sect. 1. §. ult.* præcipue vero aus der stattlichen Ausführung der Ursachen, warum die Chur und Fürsten, auch andere Stände der Augspurgischen Confession des Pabsts Pii IV. aufgeschrieben vermeint Concilium, so Er gegen Trient angesetzt, nicht besuchen könnten, noch zu besuchen schuldig gewesen, apud *Hortleder.* von Ursachen des Teutschen Kriegs l. i. c. 47. ubi inter

interalia p. m. 453. sequentia proponuntur verba: Was die Röm. Kirche jährlich aus solchen Annatis ertraget und erschabt, das ist unmöglich zu æstimiren und zu überschlagen, aus Ursache, daß nicht allein die Bisthumen und Prælaruren, sondern auch die schlechten Beneficien, Electiva, so nur 24. Ducaten de Camera, ja nur 12. Ducaten nach Ordnung Leonis X. Einkommens haben, ihre Pensiones davon reichen und geben müssen. Quocirca Carolus V. sine dubio gravibus Ordinum Imperii querelis motus, in epistola X. ad Pontificem Annatas ac cætera lucra Sedis Romanæ claves aureas, quibus Papæ archiva bellorum pro lubitu aperire ac claudere solent, non immerito appellavit, illarumque lucrum non Romam amplius exportari, sed in necessitate Imperii adversum Turcam impendi postulavit in Comitibus Norimbergensibus Anno 1523. Id quod inter alia quoque Ordinibus & Status Imperii, in Comitibus Anno 1522. Noribergæ habitis, a Nuncio Apostolico *Francisco Cheregaro* sequentibus apud *Hortled* von Ursachen des Teutschen Kriegs l. 2. c. 1. p. m. 8. propositis postularunt verbis: Und weil dann die Pâbstliche Heiligkeit selbst wissen, welcher massen vor Jahren durch die Teutsche Nation bewilliget worden sey, daß die Annaten von denen Geistlichen Prælaten allein auf erste Jahr dermassen dem Römischen Stuhl folgen, daß dieselbe nichts anders, denn zu Widerstand des Türcken, gebraucher werden solten, und aber solche Jahr vorlängst verschieben, auch dieselben Annaten, gemelster Bewilligung nach, von Pâbstlicher Heiligkeit Vorfahren wider den Türcken nicht gebraucht seyn, das gebe Ursache, so zu Widerstand des Türcken eine nothwendige Hülfe im Heil. Reich Teutscher Nation angelegt werden wolle, daß solches durch das Volk hoch angezogen werde &c. Demnach sey Keyserl. Majestät und anderer Reichs-Stände hohe und fleißige Bitte, daß Pâbstl. Heiligkeit solche Annatas, so fürder durch Absterben der Erzbischöffe, Bischöffe und anderer Geistlichen Prælaten und Beneficien fällig worden, weiter nicht erfordern noch einnehmen, sondern des Heil. Römischen Reichs Fisco wollen verfolgen lassen. Add. *Goldast. rom. 1. Constit. Imper. fol. 256. ubi Sacri Romani Imperii Principum*

G

Ger.

Gravamina centum, quæ ad versus Sedem Romanam Oratori Pontificio Noribergæ proposuerunt, lingua latina refert, in simulque *gravaminis 27. loco querelas Germanorum de Annatis* recenset. Imo jam olim *Concilium Basileense Sess. 21.* decrevit, ut nihil penitus ratione literarum, bullæ, annatarum, & similium exigatur. Epistolæ quoque Petrum istius Concilii ad Pontificem Eugen. IV. suasores gravissimi fuerunt, ut & ipse huic de Annatis abolendis decreto subscriberet & vectigalia remitteret; sed Eugenius obstitit. *Horrl. cit. lib. 1. c. 47. p. m. 454.* Et quamvis Galliarum Rex Carol. VII. per Pragm. Sanctionem etiam hoc in puncto decreta Concilii approbaverit, idemque jus sibi Anglia vindicaverit, ubi Annatarum exactio in solis tantum Archi. Episcopopatibus fuit permiffa. *Strauch. cit. Diff. c. 4. sect. 1. §. 2. & 3.* Germanis tamen, uti in genere quoad Concordata, ita quoque hoc in casu sequior mansit fors, nec destituta effectui dare poterunt unquam, usque dum calamitatis aliquod solatium nostra bræbuerunt *Concordata*, in quibus capite quarto hoc tributi genus accisum, & quid hoc nomine Pontifici solvendum veniat, expositum est. Solvuntur ergo (1) Annatæ juxta *Concordata* nostra de Ecclesiis cathedralibus omnibus & Monasteriis, sed virorum duntaxat, vacantibus, ex fructibus primi anni a die vacationis, secundum summam in libris Apostolicæ Cameræ taxatam, ita ut a die habitæ possessionibus pacificæ dimidia pars intra annum & altera pars intra annum solvatur sequentem. Quod si tamen sæpius intra annum vacaverint, non nisi semel Annatæ solvuntur, nec debitum in successorem beneficii transit. (2) De reliquis dignitatibus, personatibus, officiis & beneficiis, quæ autoritate Sedis Rom. conferuntur, itidem præstantur intra annum, ita tamen, ut nec hic onus ad successorem beneficii pertineat. Excipiuntur tamen (3) beneficia minora, quæ valorem viginti quatuor floren. auri non excedunt, id quod *const. Cl. VII. in c. cum sicut nobis 2. de Annat. in 7. Decr. lib.* comprobatur, ut & illa, quæ vigore gratiarum expectatarum aut ex causa permutat. conferuntur. De his enim Annatæ non solvuntur. Denique (4) Pontifex in illis, quæ excessive taxatæ

taxatæ sunt, retaxationem promittit, insimulque specialem provisionem in gravatis regionibus, secundum qualitatem rerum, temporum & regionum, ne nimium prægraventur. Hæcque sunt, quæ de beneficiorum Ecclesiasticorum in Germania Collatione, Electione & Confirmatione, Mensibus Papalibus atque Annatis nostra præferunt *Concordata*, ex quibus affatim liquet, quem graviter (1) illi fallantur, qui hisce *Concordatis* investituram feudalem Episcoporum, quoad bona & regalia ab Imperio dependentia Imperatori tributam esse censent. Hanc enim jam antea Henric. V. in Comitibus Wormatiensibus, dum investituram Ecclesiast. in manus Pontificis resignavit, sibi reservavit, per ea, quæ in *cap. antec.* proposita sunt. Exinde vero, quod Episcopi vigore *Concordatorum* a Pontifice confirmandi sint, per bonam quidem consequentiam (2) colligi potest, quod regalia ab Imperatoribus non aliis, quam a Papa confirmatis, concedi queant Episcopis, quod & ipsis *Concordatis* constitutum esse censent *Engelbr. de Jurisd. th. 67. in pr. Einsedel. de Regal. c. 2. n. 128.* atque *Sithmann. de Fur. Episc. c. 3. n. 19.* Ast nec hoc quoad verba & *καὶ τὸ πρῶτον* in ipsis continetur. Tandem denique (3) ex ipsis *Concordatis* patet, quod iisdem primariæ Imperatorum preces neutiquam introductæ aut constitutæ sint. Evangelici quidem in Gravaminibus *an. 1646. M. Apr. in Tr. Pac. exhibitis* ita loquuntur, ut originem primariarum precum *Concordatis* adscribere videantur, in verbis: *Daß die in Concordatis Germaniæ gegündete und vom Pabst herrührende Preces primariæ noch immer wolten gebraucht werden, &c.* Sine dubio ex hypothesi nonnullorum Curia Romanæ aventium, qui Imperatorem hoc jus, non nisi Pontificis indultu & beneficio exercere posse censent. Unde ipse Innoc. X. Papa in Bulla, quam contra Pacificationem Osnabrug. edidit, atque *Dn. Conring. animadvers. suis ad eand. integris adjecit verbis*, inter cætera sequentia proponit: *Precumque primariarum eidem Ferdinando in Imperatorem electo a præfata Sede Apostolica concessorum participationem admittatur &c.* Restissime tamen illi senuent, qui primarias illas preces ex jure primordiali Majestatico, Imperatoribus

ribus in conferendis beneficiis Ecclesiasticis competenti, tanquam reliquias, antiqua consuetudine approbante, superesse atque Imperatoribus competere dicunt. Vid. *Klock. vol. 1. consil. 4. n. 15. Et 16.* ibique alleg. *Diploma Rudolphi I. Imperat. Reinking. de R. S. Et Eccles. lib. 3. cl. 1. c. 9. n. 56. Stamler. de Reservat. Imper. §. 51. n. 2. & Du. Conring. in animadv. ad Bull. Innoc. X. c. 9. in princip. quamvis abundantioris cautelæ non necessitatis causa Imperatores ad hoc primariae precum Jus sub auspiciis regiminis nonnunquam Pontificum requisiverint approbationem *Klock. cit. consil. 4. n. 22. Et 23.* atque *Du. Conring. d. loc.* ut adeo nulla ratio subsit, *Concordata Germania ad Imperiales hæc preces porrigendi, per ea, quæ in quaestione: Ana Casare Majestate nominatus reliquit, qui sub expectatione præbenda pro Canonicis admissi sunt, in vacante Canonicatu præferendus sit, cum refutatione contrariorum solide demonstrat Klock. cit. consil. 4. n. 1. Et 2. ut Et n. 30. Et seq.* ubi sequentia proponit: Daß die Römische Keyser in uralten Zeiten augustius jus in Ecclesiasticis dignitatibus gehabt, und dieselben jure proprio conferiret und gegeben, aber von ihren Rechten allgemachsam abgewichen, und die primariae preces, als ein sonderbahy Keyserlich Regal, ihnen ohne Restriction vorbehalten, welche keines Weges ex autoritate Pontificia entsprossen, sondern der Keyserlichen Hoheit unzer trennlich nachfolgig seyn, re. & postea n. 37. Et seq. in verbis: Ebenmäßigg ist das andere Fundamentum, so aus dem Concordatis genommen, von schlechter Erheblichkeit, alldieweil darinnen von den Rechten, so einem Röm. Keyser vor etlich hundert Jahren zuvor, ehe berührte Concordata getroffen, unwiedersprechlich zu gestanden, nichts in specie disponirt, besondern solche Concordata der Ursach erhandelt worden, daß die in Curia Romana eingeschlichene abusus, præsertim quoad reservationes, dadurch frembde und untaugliche Personen den Stifftern vielmahls aufgetrungen, abgeschaffet, und den Stifftern ermeidte electiones und collationes mit gewisser Masse zugelassen würden, quod etiam attingit *Petr. Gregor. de benef. Ecclesiast. c. 1. n. 8.* Wie denn auch über dem Jure primariae precum, und daß dessen ein Keyser nicht*

nicht folte befugt feyn, niemahls einig Streit ſich erregt, alfo derentwegen zu concordiren obnndthig gewesen. *Cum transactiones de re dubia fieri soleant juribus vulgarissimis. Nulla itaque plane subest ratio, Concordata hujusmodi ad Imperiales preces porrigendi. Hactenus Klock. Et tantum de ipsis Concordatis.*

CAPUT III.

De Concordatorum validitate eorumque
subsequenti usu.

SUMMARI A.

1. Demonstratur, Concordata a tota Germanorum Natione haud celebrata fuisse.
2. Verba Hedionis hanc in rem adducuntur.
3. Unde Germani istis se non immerito opposuerunt.
4. Rationes, ob quas Concordata ab Imper. Friderico haud servanda esse censuerunt, adducuntur.
6. Commovissent quoque Imperatorem, in Sylvii persuasio intercessisse.
6. Sylvius postmodum Calixto Pontif. Imperatoris & Germanorum nomine omnem promisit obedientiam.
7. Imo, ne quidem contradicente Imperatore, Comitū cuidam dignitatem Ducalem contulit.
8. Unde facili negotio Concordata impugnari possunt.
9. Et a quibusdam Dd. impugnantur, quibus Stat. Protestantium Replica de anno 1597. suffragatur.
10. Usu tamen postmodum invaluerunt, quod literis Maximil. I. Carol. V. atque Capitul. Cæsareis comprobatur.
11. Atque ulterius per Ordin. Judiciū Aulici demonstratur.
12. Etiam in ipsa Germania inveniuntur Ecclesiæ, quæ Concordatis non utuntur.
13. Eadem tamen adhuc acceptare possunt Ecclesiæ Imperii Germanici.
14. Sicut hætenus Gallia ob regimen Ecclesiasticum, quamvis minori cum successu, turbata est.
15. Ita nec Curia Romana nostra Concordata integra servavit fide.
16. Sed infinitas denuo introduxit reservationes.
17. Unde Gravaminibus iterum repleta Comitia, inter quæ eminent Gravamina anno 1510. Maximil. I. oblata.
18. It. Centum Gravamina Noriberge Carol. V. & Oratori Pontificio exhibita.
19. & 20. Huc quoque faciunt Gravamina dei Aelsteri Ordni.
21. Unde remedia in variis Imperii Recessibus promissa.
22. Tandem ipsi quoque Imperatores in Capitul. se curaturos sponponderunt, ut Concordata Principum serventur.
23. Pontifices quoque ob non servata Concordata Germanos accusant.
24. Hanc ob causam duas ediderunt Constitutiones.
25. Disquit. Num hæc accusatio jure fiat.
26. Curia Romanæ in Concordata nostra machinationes semper, etiam post Pontificum constitutiones, atque querelas Germanorum, remanserunt.

Vidimus hætenus ipsa Concordata, quæ, ut jam antea monuimus, vulgo quidem toti Nationis Germanicæ adscribuntur, in rei tamen

tamen veritate inter *Fridericum* solummodo Imperatorem & *Pontificem* Nicolaum V. cum *consensu paucorum Principum Germaniae* composita sunt, id quod ipsa quoque *Concordata* testantur, quippe quæ nonnullorum solummodo mentionem faciunt Principum. *Vid. Dn. Srauch. Diss. Exor. 4. aph. 21. atque de Annat. c. 4. sect. 1. §. 5. Christin. Decis. Belg. vol. 1. decis. 358. n. 12. atque Limn. ad Capit. Carol. V. art. 16. verb. Concordata Principum n. 4. ubi hanc in rem Casp. Hedionis in Histor. sua Eccl. lib. 11. proposita verba adducit, quæ, utpote duriora, nostra quidem non facimus, attamen uberius declaracionis gratia addenda duximus. Sunt autem sequentia:*

Damals dann ein Schisma und Trennung entsprang, dieweil sich die Römischen keines weges begeben wolten in einigen Punkten, so ihnen gefassten Muthwillen entgegen, dem Basler Concilio folge zuthun: Und aber die Teutschen von ihrem Fürnehmen, damit die unträglichen Beschwerden und Schagung des Stuhles zu Rom durch den Pfundenhandel und andere Finanzen, dadurch Sie ihrer Gerechtigkeit entsetzet, und in mercklich unträglich Nachtheil geführet, abgestellet blieben, in solchen Fall auch nicht abstehen noch weichen wolten. So ist doch nichts destominder durch des Pabstthums beharrlichen Geiz, mit beftigen Practiquen und Ansuchen fortgefahren, und zwischen den, mit damals König Friderichen, und sonst etlichen wenig Geistlichen Fürsten, auf die Mittel durch den Pabst fürgeschlagen, inhalt des Vertrags berühmte Abred oder Beschluß beschehen, welchen die übrigen und der mehrer Theil der Fürsten, wie vorstehet, nicht bewilliget. Welcher vermeinter Vertrag also ohne Wissen und ohne Willigung des mehrentheils der Teutschen Fürsten, und Stände, unter den Nahmen Pabst Nicolai V. als wider sein eigen Pflicht (damit Er zum härtesten verbunden, wider obberührtes Concilium nichts zu handeln) demselben Concilio ganz zu wider aufgerichtet, und zum Fürgang gezwungen. Welchen nichtigen Vertrag etliche, so des nicht wissen gehabt, auch etliche, so dem widersprochen, und nicht glauben haben wollen, und etliche sonst aus Furcht gedulden müssen. Dann König Fri-

Friderich, und der damals Bischoff zu Mainz, bey dem Cardinal zu Senis durch ihre Botschaft sich berühmt haben, daß Sie dieses Vertrags widerwärtige oder widersprechende Fürsten wohl wußten abzuwenden. Und wiewohl der Bischoff von Mainz, seiner Förderung hierinnen zu genießten, sonderlich verhoffet, und über die Concordaten etwas weiters Vortheil begehret, so hat ihnen doch nichts geben mögen. Aber König Friderich wird solcher seiner Gutwilligkeit, vermuthlich in seiner Erönung, und im ersten seiner Reise gen Rom nicht entgolten haben. Welchen obberührten Vorschlag der Concordien, die Römische Botschaft nachmahls, als von allen Teutschen für endlich zugesaget und beschlossen, fälschlich ausgegeben, und sich also einer ganzen Bewilligung deshalb berühmt, und mercken lassen, damit Sie darnach desto füglicher, als auf eine allenthalben bewilligte Concordi, handeln möchten. Daß nun keine vollkommene oder gemeine Bewilligung geschehen sey, das ist ein gewisses Zeugniß, daß allererst nach zweyen Jahren solcher Fürschlag oder solches Concordien Mittel, nach vielfältiger Handlung und Practick nicht alle Fürsten, sondern allein König Friderich, mit dem damaligen Bischoff von Mainz, und gar wenig andern, zu Bewilligung solches nachtheiligen der Teutschen Nation angesehenen Vertrags, vermocht sey. Wie dann bey denen damals gehalten Actis befunden, und der vermeinte Vertrag zum Theil in dem, das darinnen stehet, daß Er in Teutschen Landen allererst nach seiner Aufrichtung, damit man des wissen haben möchte, verkündet werden solte. zc. Hackenus *Hedio*.

Quibusrationibus etiam morti Germani, contra *Concordata* quæ Imperatorio nomine ab ipso *Aenea Sylvio* composita esse dicit *Dn. Covring. de Const. Episc. Germ. lb. 84.* rectissime insurrexerunt, utpote quibus justo Statuum desiderio nondum satisfactum fuit. Quocirca *Nicolao V.* defuncto, Imperatori *Friderico* persuadere conati sunt, ne Pontificibus amplius obtemperaret, nisi quoad saltem ad *Pragmaticam* tendentia ab eis prius impetrasset. Ostendebant namque suam longe pejorem deterioremque esse conditionem,

nem, quam Gallorum ac Itolorum, quorum servi, nisi res immutaretur, omnino forent dicendi. Quare argebant gravissimis tum rationibus, tum exemplis, non solum utilitatem, sed & necessitatem Imperii, insimulque Imperatoris fidem, qua ipsis Sacramento obstrictus erat, implorabant, imo obtestabantur, nec non dedecus & verecundiam, quod decretorum in sua Natione digestorum soli fructu carerent, demonstrabant, & quod Gallica Natio adversus exactionem Pontificum non frustra recursum habuerit ad Regem suum, qui ex decretis Concilii Basileensis Pragm. Sanct. pro libertate suæ Nationis feliciter non solummodo composuit, sed & servari curavit. Idem nec minus posse in Imperio Imperatorem, nec minus debere populo & Statibus Imperii, quam Rex alter in suo regno. Tandem, vel hoc poderandum esse, dicebant, quid futurum, si exteri ad Regem suum currentes presidium inveniant, ab eoque contra dictas exactiones protegantur; Germani vero & Status Imperii ad suum Imp. recurrentes deserantur, decretisque in Germ. factis priventur. *Limn. ad Capit. Carol. V. cit. art. 16. n. 15. Straub. de Annat. c. 4. sect. 1. §. 6. atque Stirn. de Constit. Princ. tit. 6. §. ult. Parum sane absuit, quin hisce movissent Imperatorem Status, ni intercessisset Æneæ Sylvii, tunc temporis Episcopi Senensis, postmodum Pontificis, autoritas, justissimo Nation. Germanicæ desiderio contraria. Hujus enim apud Cæsarem sequens fuit sententia: Inter Principes etiam de magnis rebus inter se dissidentes pacem aliquando & amicitiam componi esse; at inter Principem & populum immortale odium semper intervenisse: Quare fatius sibi videri, cum Pontifice sentire, quam eorum cupiditatibus obtemperare, quorum mentes non ratione, sed appetitu & cupiditate ducuntur. Vid. *Platin. invita Pii II. ex eoque Limn. & Straub. c. 1.* Hac unica falsa ac venenata ratione imbutus Imperator, spreta populorum suorum tam æqua justa & necessaria postulatione, hunc ipsum Æneam pro Legato ad recens electum Pontificem *Calixtum* selegit atque allegavit, qui & Imperatoris atque Nat. Germ. nomine absolutam Pontifici obedientiam promisit, adeoque Germaniam meram obe-*

obedienciæ patriam constituit. *Limn. cit. loc.* atque *Strauch. Differ. Exot. 5. aph. 6.* ibique alleg. *Carol. Molin. in Comm. ad Pragmat. Sanct.* atque *Dn. Conring. cit. loc.* ubi *Platinæ* hanc in rem facientia verba recenset. Sic ergo inquis *Æneæ* artibus autoritas *Basileensis* Concilii per Germaniam convulsa atque in ejus locum hæc *Concordata*, sprete Principum postulatione, a *Friterico* recepta sunt, qui ceteroquin respectu Pontificis res Imperii tam segniter tractavit, ut eidem quoque *Æneæ* *Sylvio*, qui postmodum in Pontificatu *Pii II.* nomen assumit atque *Comitii* cuidam *Ferrariæ* dignitatem Ducalem contulit, ne minimam quidem scripserit dicam, etsi multi iterum obsequentem a *Lebmann. in Chron. Spir. lib. 7. cap. 95. sub fin.* adductam contradixerint rationem: Denu so der Pabst solte Macht haben, Herzoge zu machen, so wird der Keyser auch Bischöffe und Aebte zu machen, Zug und Macht haben, aber, (pergit idem *Lebman. d. loc.*) *Keyser* *Friiderich* hat diß, wie andere mehr Dinge, zum Nachtheil und Verderben des Römif. Reichs lassen fürgehen, und stille darzu geschwiegen. Ex quibus jam facile patet, quo fundamento hæc *Concordata* nitantur, & an magna vi, ut covellantur, opus sit. Pro earundem quidem autoritate disputavit *Romanus Hay* alleg. a *Dn. Conring. ad Lamp. p. 3. c. 6. §. 7. sub. fin.* atque *Albert. Leon. consil. 50. alleg. a Klock. vol. 1. consil. 4. u. 2.* in verbis: Über welche *Concordata* die *Keyserl. Maj.* und des *Heil. Reichs* Stände steif und fest zu halten verpflichtet seyn, prout late deduxit *Albert. Leo. conf. 50.* Ast rationes ad ipsorum destructionem facientes ex deductis apparent gravissimæ. Si enim iusto modo *concordata* fuissent composita, ex omnium sententia tale quid, quale hæctenus narratum, *Episcopi* *Germani* a *Cæsare* haud postulare potuissent, nec opus fuisset *Æneæ* improbo consilio, cum potuisset ad rite constitutam transactionem *Episcop.* tumultuantes remittere, ut alia pro Imperii Majestate contra Pontificem a *Schüz. in Coll. Publ. vol. 1. Disp. 7. p. m. 358.* superaddita taceamus argumenta. Quæ causa est, quod illorum validitati & autoritati contradicant *Einsied. de Regal. cap. 2. n. 129. & 130.* ubi, *Concordatis* non obstantibus, creandi & investiendi *Episcopos* jus, omnemque potestatem, quam a *Carolo*

H

Magno

Magno ad Henricum V. usque Imperatores possederunt, inter Regalia refert, atque *Da. Fritsch. de Jur. Primar. Prec. 6. 2. n. 33. & seq.* quorum assertum disertè comprobat *Replica der Stände Augsburgi- scher Confession wider der Römisch- genanten Catholischer vermeinte Ableinungs- Schrift Evangelischer Stände Travaminum, de anno 1598. apud Lehmann. de Pac. Relat. lib. 2. c. 70. in verbis: Das auch die Compactata Germaniæ unbindig, dieweit sie nicht, vermög des Herkommenens, im Reich aufgericht, auch von allen Päbsten anders nicht, dann darinnen es ihnen zu ihrem Vorthail gedienet, gehalten, auch nicht, dann zu des Reichs und der Stände Unterdrückungen es practicirer worden, das bedarf bey Erfahren des Reichs Sachen keine deduction. Con- jung. Sarn. de Const. Princ. tit. 6. §. ult.* Proinde hæc omnia se- quentibus Crantzii obsignamus verbis: *Friderici laus quidem fuit egregia, pacem Ecclesiæ reddidisse: Ast aliquando major ea fuisset, si operi suo hoc ipsum adjecisset, ne provincia auro emungerentur, nec ipse Pater Patrum Christianismo ex auro, quod ex Annatis contrahit, tutaretur, suosque Nepotes adeo glorificaret. Add. Limm. ad cit. art. 16. Capit. Carol. V. verb. Concordata n. 17.* At enim vero quicquid de conatu Episcoporum Germaniæ ad instar Gallorum pro libertate Ecclesiæ suscepto, aut quicquid etiam de ortu atque natalibus ho- rum *Concordatorum* dicendum, hoc tamen certo imò certissimum est, quod vim legis publicæ *Concordata*, Basileensium decretorum autoritate omni sublata, impetraverint, usque postmodum ita in- valuerint, ut pro approbatis semper haberentur. Hoc non so- lum literæ Maximiliani I. Imperat. *de ann. 1518.* quibus Leodiensi E- piscopo mandavit, ut per Dicecesin Leodiensem *Concordata* serva- ret, & secus provisos, tanquam intrusos, ejiceret, cum Caroli V. re- scripto de Anno M D. XLIV. quo Cameracensibus consimili modo injunxit, ut *Concordata* servarent, apud *Goldast. tom. 1. Constit. Imper. p. m. 41.* comprobant. Add. *Christin. Decis. Belg. vol. 1. dec. 358. n. 15.* at- que *Dr. Srauch. Dissert. exot. 4. apb. 21.* Sed & quæ a Caroli V. tem- poribus hætenus prodierunt, Leges Capitulares disertè demon- strant. Hinc & Ferdinandus I. in *Ordinat. Jud. Aul. sub fin.* expresse statuit,

statuit, ut cum cæteris Imperii legibus fundamentalibus *Concordata Nationis Germanicæ* in consilio, & quidem certa in mensa, ante oculos consiliariorum melioris recordationis gratia posita sint. Vid. *Lehmann. de Pac. Relig. lib. 1. c. 37.* Idem postea a Matthia Imperatore repetitum in dem Concept seiner neuen Hofraths: Ordnung, tit. ult. teste eodem *Lehmann. cit. lib. 1. c. 38.* atque in *noviss. Jud. Aul. Ordin. de an. 1654. sub fin. tit. ult. comprobatum in verbis: So sollen auch unsere Keyserl. Wahl: Capitulation, alle Reichs: Abschied, Cammergerichts: Ordnung, Münster: und Osnabrüggische Frieden: Schluß, Reichs: Matricul, Concordata Nationis Germanicæ, Corpus Juris Civilis und Canonici, und der Stände Privilegia auf der Reichs: Hof: Raths: Tafel, damit man sich deren in zweifelhaftigen Fällen gebrauchen könne, stets vorhanden seyn. Ita tamen recepta sunt *Concordata* nostra, ut in mediâ quoque Germania Ecclesiæ inveniantur, quæ illis non utuntur, ob id, quod ampliora habeant privilegia, quales esse perhibentur *Bambergensis, Herbipolensis*, aliæve nonnullæ, teste *Zyp. lib. 3. Jur. Pontif. nov. rit. de Institut.* Imo in ditionibus Belgicis nunquam ea, neque a Principibus, neque a Prælatibus, sed tantum a Trajectensibus, Nivellensibus ac Cameracensibus Ecclesiis ac Collegiis fuisse acceptata, præter alios egregie demonstrat *Christin. sap. cit. decis. 358. n. 13.* ubi insimul addit, quod de Cameracensi Ecclesia fuerit disputatum: utrum eadem acceptarit *Concordata*; de Trajectensi contra ac Nivellensi Eccles. nullum amplius superesse dubium, quod *Concordata* non rata habuerint, præsertim cum easdem Ecclesias pro parte fundationis immediate imperatorias fuisse asserat. Facit huc, quod *Concordata* Nationis Germanicæ, quoad præbendas in Ecclesia Nivellana existentes, habeant locum, sicuti testatur *Wames. Consil. 33. a Christin. cit. loc. n. 20.* allegatus. Quamvis vero neque de expressa, neque etiam de tacita *Concordatarum* receptione in Ecclesia quadam constet; illa tamen adhuc acceptare potest, modo sub Imperio Ecclesia comprehendatur. Dubium equidem hoc esse videtur *Zyp.* antea allegato, cum congruum tempus videatur effluxum, arg. §. *De cæteris vero &c. Conc.* ubi hæc habentur verba: *Et omnes,**

qui ea gaudere volunt, tempus congruum habeant, eam acceptandi. Ast cum eod. §. Concordatorum subijciant hæc verba: *Et durabit deinceps, nisi in futuro Concilio de consensu dictæ Nationis aliter fuerit ordinatum*, nulla quoque addatur clausula præscriptiva temporis, merito, quoque facultatem acceptandi *Concordata* perpetuam esse dicimus. Et ita quandoque censuisse Consilium Brabantiæ, testis est *Christin. cit. decis. 358. num. 19.* Verum sicut nec hætenus in Gallia, ob regimen Ecclesiasticum, omnia tranquilla fuerunt, sed Romana potius Curia cum per se, tum per ipsum Gallicanum Clerum, suis artibus seductum, & regiæ potentiæ inimicum, regnum istud nunquam non vehementer turbavit, etiam minori cum successu, prævalentibus partibus regiis, quod vel inde liquet, quia *Pirbæi & Puteani* de libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ scripta cum *Marc. tractat. de Concord. Sacerdot. & Imper.* quæ non tantum Romæ a sacra, quam vocant, Indicis congregatione proscripta & legi vetita, sed etiam a Clero Gallicano palam improbata sunt, nihilominus partim cum amplissimo commentario, partim etiam plurimum aucta, ex regio quoque typographejo, regiis privilegiis & præfixis signis munita, splendidiori forma hætenus prodierunt. Vid. *Dn. Conring. ad Lampad. p. 3. c. 6. §. 10.* Ita quoque nec hæc nostra qualiacunque *Concordata*, quæ plurimum tamen a rigore Pragmaticæ Sanctionis Gallicæ, atque Basileensis Concilii decretis recefferunt, adeoque permultum Sedi Apostolicæ in Germaniæ Clerum indulserunt, Curia Romana integra servavit fide. A Calixto siquidem III. hæc *Concordata* haud observata fuisse, ex Epistolis Æneæ Sylvii, quas jam Cardinalis, & proprio & Pontificis Calixti nomine, conscripsit, patet. Imo nec ipsum Pium II. *Concordata* hæc ea, qua par est, religione observasse, vel una docet controversia de Nicolao Cusana, Cardinali, cui Pius in Commendam, ceu vocant, dederat Episcopum Brixinensem, rem omnem persecutus ex *Crantz. ex eoque recenset Dn. Conring. de Constit. Episc. German. 1b. 84. vel potius 1b. 85.* Tandem successive iterum infinitæ ferme Regularum Cancellariæ refer-

reservations adinventæ, atque Sedis Apostolicæ provisioni per Pium V. adscripta sunt beneficia vacantia ob hæresin, confidentiam, non servatam formam ab eo præscriptam in collationibus Curatorum, vel in resignatione & collatione per Ordinarios, non observata ipsius constitutione, ut privilegii instar, seu, ut præfantur regulæ Cancellariæ, in favorem residentiæ concessum sit, quod Ordinarius pro omnibus jure ei competentibus collationibus alternis mensibus, sc. Februario, Aprili, Junio, Augusto, Octobri & Decembri, eas nun facere possit, modo in dicecesi sua resederit. Quod privilegium alternativæ tamen ex Regulis Cancellariæ non simplex sed conditionatum & multis cautelis obnoxium est, ut adeo a *Concordatis* nostris, quibus Collatoribus alternativa simplex & sine restrictione conceditur, multis modis differat. Vid. c. 9. de benef. col. lat. ut & c. 3. de reserv. in 7. Decret. libr. Christin. cir. decis. 358. n. 6. & seq. Unde gravaminibus iterum Comititia sunt repleta, inter quæ præcipua sunt, quæ anno 1510. Maximiliano Imperatori exhibita recenset Goldast. tom. 2. Constit. Imper. p. m. 119. quod scil. ad servandas bullas, pacta, privilegia & literas ab antecessoribus absque omni derogatione concessas, Successores Pontifices teneri se non arbitrentur, sed per crebras dispensationes, suspensiones, revocationes ad cujuscunque etiam vilis personæ instantiam contraveniant, quod electiones Prælatorum quandoque rejiciantur, & beneficia ac dignitates majores Cardinalibus & Protonotariis reserventur, quod expectativæ gratiæ absque numero concedantur, & multæ interdum ad unum collatorem, unde quotidiana lites surgant, & pecuniæ dilapidentur tum illæ, quæ pro Bullis gratiarum expositæ sunt, tum illæ, quæ pro libris deducendis consumuntur, ut & quod Annatæ absque dilazione & misericordia exigantur, ac interdum plus, quam debetur, extorquentur propter nova officia & novos familiares. Nec prætereunda centum illa gravamina, quæ anno 1522. Noribergæ Carolo V. & Pontificio Oratori, Francisco Cheregato, adversus Sedem Romanam a Principibus Imperii exhibita sunt, atque male & contra actorum publicorum fidem a Lutheranis in odium Papæ cõficta esse dicuntur.

dicuntur a Bellarm. Habentur ista apud Horsted. de Bell. German. lib. i. in germanica, in latina vero lingua apud Goldast. rom. i. Constit. fol. 456 & seq. inter quæ illa, quæ gravaminis & sequentium loco recensentur, huc præcipue spectant. Denique hæc ob literanda veniunt gravaminadei æterni approbirendi Ordens und deroeselden Gewalt: habere an die Römische Keyserl. Majestät pro conservatone ac manutenzione Concordatorum Nationis Germanicæ, in Comitibus Rationensibus ann. 1671. exhibita, atque a Limn. Mantiff. 9. ad Capit. Carol. V. proposita, ubi sane multa peculiaria, hoc ipsum negotium concernentia, habentur, præcipue in §. Und obwohl von ætern und jungern Jahren her, Uns, den ætern Ordens Verwandten, wider solche jura, ordinationes, compactata vielfältig Eintrag beschehen, unterm Nahmen majoris boni, extructionis Seminariorum, wohlverdiente damit zu recompensiren, onera belli desto besser zu sustiniren, pro majori decencia Fürstenstands und Unterhalt, und was dergleichen tituli prætext (dadurch das directum zu obliquiren) mehr seyn mögen, vielfältige translationes, applicationes, incorporationes, commendæ, triennialia, quinquennialia, stur geloffen, alle hohe Tribunalia præoccupirt, biß uns viel nachhabhafte Stifft, Klöster, und andere Zugehör entzogen, darüber auch mehrmahln Bullæ Pontificiæ zu ar ausgewirckt, wir aber dezentwegen biß dato noch nie zur Nothdurft gehöret worden, aber das gnädigste Gehör noch zu haben, und darbey noch ferners verhoffen, weil solche Bullæ den Concordatis Germaniæ abbrechen, und directo zu widerlauffen (die doch tanquam compactata ultro citroque obligatoria, sich so gleich nicht überen hauffen stossen lassen, angesehen, daß unter andern meh auch der fürrestliche Rechts- Lehret Johannes a Chocquier ausdrücklich Zeugniß gibt, quod Papa Concordatis derogare non intendat, nisi fuerit servata forma & modus, quibus solet fieri derogatio Concordatorum. Concordata enim semper excepta censentur, etiamsi nulla eorum fiat mentio. Quocirca provisus contra Concordata, nec titulum coloratum habet, nec tutus beneficiorum regula de annali & trienniali possessione, nec in foro conscientie, quoad perceptionem fructuum. Item in verbis: Wie schädlich und gefährlich es aber seye,

oban

obangeregte fundamental Reichs. Sagung, die Concordata Nationis, mit neuen interpretationen, equivocationen, in disputat zu ziehen, in vormahls unbekandte sensus zu detorquieren, und zerlöchern zu lassen, und durch nicht halten in vilipendium zu bringen, ist per se evidens, jedoch je und in allweg in allen Erißtern, auch bey den Protestirenden selbst in norma & regula circa Beneficio, Prælaturas, gehalten worden, darnach bey nahe alle Mißverständnißen inter Curiam Romanam & Imperium zu decidiren gepflogen werden. Quocirca in plurimis Imperii Recessibus ob hæc aliaque gravamina atque quærelas remedia ac levamina promissa sunt, prout ex *Rec. Imper. de anno 1500. tit. 43. §. 3.* Item, dieselbe Botschaft, atque *Rec. Imper. de anno 1524. §.* Und ist darauf *29. vers.* Es sollen auch die Beschwörung *re. præcipue vero ex Rec. Imper. de anno 1530. §.* Als auch *re. 137.* ejusque sequentibus verbis liquet: Als auch Teutscher Nation Beschwerden, so sie gegen den Stuhl zu Rom Uns auf dem Reichs. Tag zu Worms fürbracht, folgendts zu gehaltenen Reichs. Täggen zu Nürnberg und Speyer, davon auch Anregung beschehen, jeko allhier durch Churfürsten, Fürsten und gemeine Stände des Reichs, Uns wiederum in Schrifften überliefert worden, mit unterthänigster Bitte, solche Beschwerden an Päßlicher Heiligkeit Legaten, so jeko alhie, gelangen zu lassen, und darauf zu handeln, und Wege zu suchen, damit dieselbe Uns fürbrachte Beschwerden abgewendt werden möchten. Demnach haben Wir Päßlicher Heiligkeit Legaten dieselben Beschwerden thun fürhalten, und darauf durch unsern, der Churfürsten, Fürsten und Stände, darzu besondere verordnete Räte, mit des halben Handlung fürgenommen. Als Es aber sich hören und vernehmen lassen, daß in denselbigen Beschwerden etliche Artickel begriffen, die in seinem Gewalt nicht stünden, mit Anzeigung seines Bedenkens und gutwilligen Erbietens, *re.* also, daß dimalts nichts fruchtbares noch endlichs, auf solcher gemeiner Ständ Begehren, hat gehandelt werden mögen: So haben Wir Uns, der Sachen zu gutem und Förderung, gnädig unterfangen und bewilligt, durch

durch unsern Oratorn, bey Päpstlicher Heiligkeit, mit allem höchsten Fleiß zu handeln, und die Sache dahin zu fördern, damit solche Beschwerden abgestellt, und dieser unser Nation, in solchen ihrem billichen Begehren, statt gegeben werde. Tandem quoque Imperatores ipsi in omnibus omnino Capitulationibus haectenus sponponderunt, se apud Sedem Apostolicam procuraturos, ut *Concordata Principum* serventur. Vid. *Capit. Carol. V. §. 16. Ferdin. I. §. 15. Rudolphi II. §. 15. Matthea §. 17. Ferdinandi II. §. 15. Ferdin. III. §. 18. Ferdinandi IV. §. 16. atque novissima Capitulatio gloriosissimi Imperatoris nostri Leopoldi, artic. 19.* in verbis: Und als über und wieder *Concordata Principum*, auch aufgerichtete Verträge zwischen der Kirchen, Päpstlicher Heiligkeit, oder dem Stuhl zu Rom, und Teutscher Nation mit unsernlichen gratien, rescripten, Annaten der Stifft, so täglich mit Maßigfättigung und Erhöhung der officien am Römischen Hof, auch reservation, dispensation, und sonderlich resignation aller solcher Præbenden, Prælaturen, Dignitäten und Officien, die sonst per obitum ad curiam Romanam nicht devolviret werden, sondern jederzeit, ohngeachtet in welchem Monat sie auch ledig oder vacirend werden, denen Erz- und Bischöffen, auch Capitulen und andern Collatoren zu vergeben heimsfallen, wie winiger nicht per Coadjutorias prælaturarum electivarum & præbendarum, oder in andere Wege, zu Abbruch der Stifft, Geistlichkeit, und anders, wieder gegebene Freyheit, darzu zu Nachtheil des Juris Patronatus, und des Leben Herrn stetig und ohn unterläßig öffentlich gehandelt, dero halben auch unleidliche verborhene Gesellschaft und Contracten oder Bündniß, als Wir berichtet, vorgekommen und ausgerichtet worden, das sollen und wollen Wir mit der Churfürsten, Fürsten und andere Ständten Rath bey unserm heil. Vater dem Pabst und Stuhl zu Rom, unsers besten Vermögens abwenden und vorkommen, auch darob und daran sein, daß die vorgemeldte *Concordata Principum* und aufgerichtete Verträge, auch Privilegia und Freyheiten gehalten, gehandhabt, und denenselben festiglich gelebt und nachkommen, jedoch was vor Beschwerden darinnen gefunden, und Mißbräuch entstanden, daß dieselbe vermöge deshalben gehabter Handlung zu Augspurg in dem tausend, fünfhundert und dreyßigsten Jahr, bey

bey gehaltenem Reichs-Tag abgeschafft, und hinfürter dergleichen ohne Bewilligung der Churfürsten nicht zugelassen werde.

Quemadmodum vero de non observatis Concordatis hactenus Germani nostri conquesti sunt; ita nec Pontifices Romani Nostrates ob eandem causam incusare dubitarunt. Hinc jam olim statim post Concordata Æneas Sylvius, tunc temporis Cardinalis, apud Martinum Majer, Cancellarium Moguntinum, querimonias duxit, quod Concordata Nationis, Germanicæ minime servarentur, in verbis ex ejusdem Epist. a Dn. Conring. de Const. Episc. th. 37. adductis: Dicimus tibi, dignum esse, ut compactata cum vestra Natione serventur. Verum cum dicis, decreta Basileensis Concilii non custodiri, idque putas injuriosum esse Nationi, indignam esse dicimus querilam tuam. Propter decreta enim Basileensis Concilii inter Sedem Apostolicam & vestram Nationem dissideri capere, cum vos illa prorsus tenenda diceretis, Apostolica vero Sedes omnia rejiceret. Itaque fuit denique compositio facta, in qua Nos Imperatorio nomine interfuimus. Ea certe legem dedit inviolabiliter observandam. Per quam aliqua ex decretis prædictis recepta videntur, aliqua rejecta. Itaque non juste agis, si per omnia servanda esse decreta contendis. Extant quoque eam in sententiam duæ cum primis celebres Bullæ, atque constitutiones, altera Clementis V. Papæ de Prælati & Principibus usurpantibus dispositiones beneficiorum Sedi Apostolicæ reservatorum, aut impediuntibus Sedis Apostolicæ provisiones contra formam Concordatorum inter eandem Sedem Apostolicam & Nationem Germanicæ, altera vero Gregorii XIII. quæ declarationem continet super Concordatis Germanicæ, quod ordinarii Collatores prætextu literarum Nicolai Papæ V. pro Concordia Germanicæ, conferre nequeant beneficia Ecclesiastica post tres menses, ex quo vacarunt, si de illis in prædicta hoc tempus a Sede Apostolica provisio facta atque in beneficii loco publicata est, uti iam antea cap. 2. n. 38. demonstravimus. At enim vero quo jure, quæve injuria Pontifices Germanos ob neglecta Concordata accusare poterint, hac vice equidem prolixius non demonstrandum esse censuemus, cum vel ex antecedentibus asserti hujus veritas appareat. Nobis potius contra Præsules Romanos sufficiat, quod ipse Pontifex Adrianus VI. in der instruction des Pabstl. Legaten beyhm Reichs-Tag

zu Nürnberg de anno 1522. apud Horsted. von Ursachen des Teutschen Kriegs, lib. 1. c. 1. p. m. 6. fateri cogatur: Wie du Uns aber in deinem letzten Brief schreibest: daß sich diese Fürsten gegen dir beklagt haben, daß wider die Concordaten und Verträge (zwischen dem Stul zu Rom und Teutscher Nation aufgerichtet) durch diesen Stul gehandelt sey: magst du anzeigen, daß Wir in den Sachen, so vor Uns geschehen, nit mögen noch sollen beschuldigt werden. Daß Uns auch solches, weil Wir noch in mindern Stand gewest, allweg mißfallen hat, und demselben nach (ob Sie es gleich nicht sucheten) eigentlich die Meinung vor Uns haben, zur Zeit unsers Papstthums einem jeglichen seine Gerechtigkeit zu behalten. Darzu auch die Billigkeit und Gütigkeit erfordert, daß Wir unsere löbliche Teutsche Nation nicht allein nicht beleidigen, sondern nachbarlichen Gunst erzeigen sollen. Quam confessionem Ordines Imper. in gemeiner Reichs: Stände Antwort auf vorbemeldtes Päpstliches Anbringen apud Horsted. prædict. loc. p. m. 8. sequentibus exceperunt verbis: Darbey läßt auch die Bábstliche Heiligkeit auf der Teutschen Fürsten dar vor beschehene Klag gnädiglich anzeigen: daß ihrer Heiligkeit nie gefällig oder lieb, sondern allweg wieder gewest sey, daß wider die Concordata oder Verträge durch den Stul zu Rom gehandelt werden, und darum des Willens oder Fürnehmens sey, ob gleich derhalben kein Ansuchen gescháhen wäre, solches zu vermeiden, und einem jeglichen, und sonderlich die Teutsche Nation, bey ihrer Gerechtigkeit zu behalten. *zc. Non minus vero de harum assertionum, quam de Concordatorum neglecta observantia querelas hastenus institutas fuisse, ex Capitular. Casareis per quam verisimile videtur Dn. Conring. de Episc. Germ. const. rb. 85. ut ad eo in propatulo sit, ne quidem post Gravamina Nationis nostræ novasque istas Pontificum Constitutiones justam Concordatorum rediisse auctoritatem, sed perpetuas potius in Eorundem ruinam mansisse adhuc manere Curia Romanæ machinationes, cum clandestinas, tum apertas. Dn. Conring. ad Lampad. de I. R. G. p. 3. c. 6. §. 7. sub fin. Atque hæc quidem de Concordatorum usu sufficiant, ex quibus Pontificum in jure Canonico de electionibus atque postulationibus propositæ Constitutiones quoad Germaniam nostram merito declarandæ sunt. Quæ enim in prioribus duobus Concordatorum capi-*

capitibus de electione Canonica conventa sunt, etiam de postulatione legitima intelligenda erunt, per ea, quæ *Leopold. Albert. Schopp. de Postul. Prælat. c. 2. p. 87.* tradit, ubi insimul sensum *Concordatorum* sic satis, obscurum apparere dicit, ut *Laurentii Nicolai Canonici Leodiensis compendiosam praxin beneficiarum ex Concordatis incluræ Nationis Germanicæ, Coloniae an. 1658. publicatam, consulendam esse suadeat.*

C A P U T U L T.

DE PROTESTANTIUM A CONCORDATIS EXEMPTIONE.

1. Serum Imperatorem fuisse auxilium, ni reformationis accessisset opus.
2. & 3. Verba Monzambani de Reformationis negotio recensentur.
4. Qui historiam reformationis prudenti quidem describit stylo, sed quoad Lutheri doctrinam humani quid paritur.
5. Ipsi quoque Principes Imperii Protest. emendationem Ecclesiæ Cæsari incumbere, sapius professi sunt.
6. Hanc cum frustra sperarent, Jura Sacrorum sibi merito vindicarunt.
7. Per replicam Protestantium apud Lehmann, hoc confirmatur.
8. Desiderio Protestantium per Pacif. Relig. satisfactum, atque in illorum territoris Jurisdictione Pontificis suspensa est.
9. Suspensa Jurisdictione Ecclesiastica valor quoque Concordatorum penes Protestantes expiravit.
10. Unde Concordatis protestando contradixerunt.
11. Pacificationi Relig. Paulus IV. Pontif. contradixit.
12. Ipsum secuti sunt alii Scriptores Pontificii.
13. Ipsorum rationes refutantur.
14. Unde quoque in *Recess. Imper. atque Capitul. Cæsar. post Concilium Tridentinum* Pacificatio Religiosa approbatur.
15. Ob Pacificationem Osnaburgensem Protestantes majoribus gaudent immunitatibus.
16. Per hanc namque a nexu Concordatorum in totum liberati sunt.
17. Verba Pacificat. huc facta recensentur.
18. Ex iis liquet, quod Reservationes atque Menfes Papales cum Annatis Evangelicos non amplius obstringant.
19. In nonnullis tamen Protestantium locis Annatae adhuc in usu sunt.
20. Id quod n. 18. dictum, procedit etiam in Capitulis mixtæ Religionis.
21. Quæ de confirmatione Episcoporum Evang. in Pacif. Osnaburgensi disposita sunt, recensentur.
22. Atque per verba Autoris *der Grundrisset* illustrantur.
23. Sic etiam Protestantium Episcopi consensu Catholicorum facti sunt, atque sessionem in scanno intermedio Comitiorum habent.
24. Melior quoad Jus Sacrorum & Concordata est conditio Principum Protestantium, quam Catholicorum.
25. Summum Protestantium interesse est, ut jura Episcopalia mascule defendant.
26. Hæc quoque Pacif. Osnabr. a Curia Romana impugnata atque propterea ab Innocentio XI. Bulla edita est.
27. Sed & hic Pontificis irritus exitus conatus. Pacif. siquidem Osnabrug. inter leges Imperii publicas recepta.
28. Imo Capitulationibus Cæsaricis inserta est.
29. Judicium Ferdinandi Imperat. de Innoc. ob promulgatam Bullam recensetur.
30. In Capitulat. ubi de observantia Concordatorum agitur, Protestantes hæctenus specie excepti sunt.
31. Conclusio.

Cum scissa in partes Principum ipsorumque Episcoporum studia Imperatores & Cæsares, vel ipsa experientia teste, molitionibus Papalibus contra *Concordata* nostra seria sese opponere cura, sicque in commune consalere, prohibuerint, ferum nimis in expectatione Imperatorum contra Gavamina Nationis nostræ fuisset quæsitum auxilium, ni salutare reformationis a Luthero susceptum opus Statuum quorundam conatibus facem prætulisset. De hoc equidem reformationis negotio personatus *Severin. de Monzambano in suo de Stat. Imp. Germ. tract. c. 5. §. 9.* hunc in modum disserit: *Per Martinum Lutherum magna clades rebus Pontificis præter opinionem illata est, & ex levibus causis exorta rixa, magnam Germaniæ partem ab obsequio Sedis Romanæ avertit. Si verum dicere fas est, ut exigua scintilla in tantum incendium erumperet, causam præbuit tum inscitia eorum, qui primæ sese Luthero opposuerunt, tum Leonis X. inconsulta præcipitantia, scilicet miselli quidam fraterculi inter se rixabantur, cui alteri pietas magis, alteri quæstus Sacerdotum cordi videbatur. Utrisque ab initio facta habebatur aurovitas Pontificis. Hic prudentis fuerat iudicis, utrique se parri æquum præbere, aut utrique parti mature silentium imponere, ne apud vulgus ea merx suspecta fieri inciperet, saltem non ira aperre in patres insistorum erat descendendum, & ne summo Pastori lucrum magis, quam salus animarum curæ crederetur, aut quasi ille mallet peccata redimi, quam prohibere &c. Et postea: Enim vero cum Martinus ille deprehenderet, Sacerdotum apud Tribunal nihil aequi se obtenturum, Laicorum captare favorem instituit. Et ne Patronis destitueretur, docere cepit, ad Principes Seculares, aut qui his similem gerunt potestatem, spectare curam Ecclesiæ, cumque videant, per bona a majoribus ad pios usus destinata, Clericorum ignaviam & luxuriam altissimas esse ortoso pecora sagina sua excuti. Id a multis avidè arreptum, partim quod pleraque a veritate non aliena dici viderentur, partim quod redivitis suis opimam inde alivisionem sperarent. Increbuerat quoque rumor, ab Nostratibus simplices Germanos illudi, dum pecunia ex peccatis ipsorum recitata, alea, luxuria, aut ad satiamdam Papalium neptium avaritiam insumitur. Redibat quoque in memoriam dictum Martini V. sibi esse in votis, ut Ciconia fiat, dummodo Germani in ranas perterentur. Et qui ante hac tam masculine*
Ro.

*Romanorum arma repulerant, ingemiscebant, sese obtentu Religionis ab
 umbelli hominum genere tantum non ad sanum edendum compelli. Hæc
 ille, quæ sicubi duriora videntur, nostra non facimus, quamvis d. l.
 historiam reformationis prudenti stylo adeo egregie depingat, ut
 legentis animum jucundæ lectionis voluptate impleat. In eo ta-
 men, quod *Martinum* nostrum per doctrinam suam gratiam atque
 favorem Principum captasse dicit, humani quid patitur ingeniosis-
 simus autor. Variæ siquidem Clericorum in Papatu deprædationes
 bonorum, quibus in miseros Laicos, superstitionis fervore
 deceptos, grassati sunt, alique abusus jam dudum salutarem re-
 formationem flagitarunt. *Burgoldens. in Not. Imp. p. 1. disc. 1. n. 10.*
 Quapropter ipse Romanus Pontifex Hadrian. VI. apud *Hortled. von*
Ursachen des Teutschen Kriegs, l. 1. c. 1. p. m. 6. in der instruction des
 Päpstlichen Legaten Werbung faterur, Curiam Romanam refor-
 matione indigere, quod assertum Status Imper. in Comitibus Nori-
 berg. de anno 1522. apud eund. *Hortleder. c. loc. p. m. 7. & 7.* in gemei-
 ner Reichs: Stände Antwort auf das Päpstliche Anbringen sequen-
 tibus acceptarunt verbis: Ihre Heiligkeit erkennt auch löblich und
 wohl, daß etliche Jahr her in Stut zu Rom viel Ungebührlichkeit,
 auch ärgerlicher Mißbrauch und Ubertretung in Geistlichen Sachen
 gewesen, darum kein Wunder sey, daß die Krankheit von dem Haupt
 in die Glieder, und von den Päbsten in andere mindere Prälaten ab-
 gestiegen. Darum uns allen guter Erkänntnis und Besserung noth sey,
 darinnen ihre Heiligkeit, als viel derselben zustehe, allen Fleiß ankeh-
 ren wolle, damit erslich der Römische Hof, davon vielleicht solches
 übel alles Ausgangen reformiret werde, auf daß die Krankheit von
 dannen in alle Unterthanen ausgesossen, davon herwiederum gute Re-
 formation erfolge, und solcher Göttlichen Ehre und Reformation
 wegen, Ihre Heiligkeit allein das Pabstthum angenommen habe, &c.
 Hæc erant favorabiles causæ, quæ Lutheri pium Zelum contra Ec-
 clesiam Romanam excitabant, atque promovebant, non vero, quas
 alii fingunt. Hinc & præter Lutherum Cæsari Ecclesiæ emenda-
 tionem, curam & tutelam incumbere, ipsi quoque Principes Pro-
 testantes & voce & literis sæpenumero confessi sunt. *Sleidan. de**

Stat. Eccles. lib. 1. 2. & passim. At enim vero cum detecta Pontificum fraude, vel minimam quoque ab omnibus fere Ordinibus petitam frustra sperarent emendationem, attamen viderent, invidiam Pontificum pertinaciam legitimi Concilii congregationem unice impedire, atque maximis in Imperio turbis causam præbere, haud inique arrogatæ Sedis Romanæ sese opposuerunt jurisdictioni, sibi que Jus circa Sacra, quod Imperatoribus Christianis quondam competiit, vindicarunt, utque in suis ditionibus, secundum Augustanæ Confessionis formulam, potestate gauderent Ecclesiastica, optimo postularunt jure, per ea, quæ in *Replica Carolicis Ratisbona anno 1598.* opposita apud *Lebmann. de Pac. Relig. lib. 2. c. 70.* habentur in verbis: Was dann die geklagte Beschwerden der Geistlichen Jurisdiction, deren sich nicht allein der Papsst, sondern auch andere Geistliche Stände im Reich über die Evangelische, und derselben Untertanen anmaßen, belanget, dagegen erholen die Evangelischen, geliebter Kürte willen, wessen sich die Stände Anno 19. 22. und 30. da doch der Religion halben noch so viel unterschied nicht gewesen, beschweret, und bey dem Papsst abzuschaffen begehret, was auch damahlen erkandt und verabschiedet, derwegen den Evangelischen mit Zug nicht kan zugelegt oder ob ihnen geklagt werden, daß Sie sich solcher unbillich wider sie extendirten Jurisdiction begehrtten zu eximiren, dieweil man aus Gottes Gnad dieser seits gewis, daß solcher Primat wider sein Wort, wider ibr alte Kirchen: und Haupt: Concilien, Lehr und Decreta von Römischen Bischoffen bishero usurpirt worden, und noch wird, wie solches im Fall der Noth überflüssig, und mit Grund zu beweisen, derwegen Sie sich proper malam fidem, fürnehmlich aber wider Gottes Wort, auch keiner Præscription, wie viel jährig die auch immer angezogen, ihren selbst eigenen Canonibus und Rechten nach, mit Bestand können gebrauchen, und sich also die Stände Augspurgischer Confession, billich und rechtmäßig alles dessen zu beschweren, was sie in ihren Gravaminibus von den Pápstlichen im Reich hin und wieder schleichenden Nunciis, und ihren Practicken, zu Schwächung und Unterdruckungen der Stände des Reichs, und Evangelischer Libertät mit Grund angezogen. Tandem iusto Protestantium desiderio satisfactum atque per Transactionem Religiosam, cceptam
anno

anno 1534. repetitam Passavii anno 1552. atque confirmatam anno 1555. in *Rec. Imp. ejusd. ann.* jurisdictionio Pontificum suspensa, sicque Protestantibus Principibus & Statibus immediatis suprema circa Sacra potestas non tam tributa, quam postliminio quasi restituta est. Vid. *cit. Rec. de anno 1555. §.* Damit auch 20. in *verbis*: So soll die Geistliche Jurisdiction wieder der Augspurg. Confession Religion, Glauben, Bestellung der Ministerien, Kirchen-Gebrauchen, Ordnung und Ceremonien, so Sie aufgerichtet, oder aufrichten möchten bis zu endlicher Vergleichung der Religion nicht exerciret, gebraucht oder geübet werden, sondern derselben Religion, Glauben, Kirchen-Gebrauchen, Ordnungen, Ceremonien und Bestellung der Ministerien, ihren Gang gelassen, und kein Hinderniß oder Eintrag dadurch geschehen, und also hierauf, wie obbemeldt, bis zu endlicher Christlicher Vergleichung der Religion, die Geistliche Jurisdiction ruhen, eingestellt und suspendirt seyn und bleiben. *Add. Dn. Bückelmann. Dissert. Inaugur. medit. 1. axiom. 8. Suspensa hoc modo Jurisdictione Ecclesiastica valor quoque provisionum, reservationum atque exactionum uti omnium, ita quoque illarum, quæ Pontifici in Concordatis Nationis Germanicæ quoad beneficia Ecclesiastica, Menses Papales, atque Annatas specialiter reservatæ sunt, apud Protestantes plane expiravit. Quæ causa, quod Concordatis protestando contradixerint, seque iis non teneri asseruerint in citata Republica, Catholicis opposita, apud Lebmann. d. l. in verbis: Daß sie (Concordata Germaniæ scil.) dem Religion: Frieden zu wider nicht können angezogen werden, des berufft man sich auf den Buchstaben gemeldter Compactaten, darum dieselben von den Gegentheilen vergeblich allegiret, &c. Nec immerito. Siquidem ex antea dictis liquido apparet: Reservationes, Confirmationes, Menses Papales, Annatas, & si quæ his similia sunt, partim per vim Curia Romanæ in Germania adscripta, partem in fraudem Concilii Basileensis, quo Pontificum immensa potestas propemodum eversa erat, per Concordata, quæ vocantur, Nationis Germanicæ fuisse quidem constituta perpetuis tamen violationibus Concordatorum a parte Curia Romanæ usque adeo irrita reddita esse, ut jam pridem Germanicæ Nationis licue-*

licuerit, jugum illud excutere, atque illa, quæ quasi precario vi transactionis illis Romanæ Curia concessa, asserta pristina libertate, sibi atque adeo Reipublicæ vindicare. *Dn. Conring. in animadvers. ad Bullam Innoc. X. c. 7. ferme circ. fin.* Hæ ipsæ quidem Pacis religiosæ conditiones, cum absque consensu Pontificis factæ fuerint, occasionem ulteriori dederunt quæstioni: *Annon Pontificis consensus ad validitatem ipsarum adeo fuerit necessarius, ut eo deficiente ipsum quoque pacificatorium negotium irritum sit.* In affirmativam descendit Pontifex Paulus IV. qui ægerrime tulit, quod Ferdinandus I. Rom. Rex, se non consentiente, Pacis arbitria suscepisset. Quare ut ejusdem repagula convelleret, modis omnibus per Cardinalem Ottonem allaboravit, ne quicquam, putans, posse Imperatorem circa Ecclesiastica disponere citra Pontificis assensum; insimul objecit Sacramentum, quo se devovit Imperator ad defendendam Ecclesiam, Sedemque Romanam in omnibus utilitatibus; cum tamen pace hac plurimum autoritatis Pontifici detractum esset. Vid. *Petr. Syring. de Pac. Relig. th. 16. Rumelin. ad A. B. p. 3. diff. 1. coroll. 1.* Ejusdem vestigia alii postmodum secuti sunt Pontificii Scriptores, qui vel omnem huic Pacificationi ademerunt validitatem, vel illam saltem Protestantibus usque ad iudicium *Concælii Tridentini* dilationem concessisse asseruerunt, quod posterius præ cæteris comprobavit Autor der *Donaverthischen* Information. Verum hæc omnia tanti non sunt, ut Pacis religiosæ firmitati resistere valeant. Non enim Imperator aut alius Princeps purus laicus est, sed veluti unctus Domini magnam cum Sacerdotio habet cognationem atque affinitatem, ut adeo ipsi non tantum competat Ecclesiæ inspectio, sed & de religione cognitio. Hinc & Christianos Principes jam olim Pontificis vices sustinuisse & Pontificalem vestem a Pontificum Collegio accepisse, ex *Balsamo* testatur *Goldast. præfat. rom. 3. Constit. Imper.* ubi insimul addit, inde usu fuisse receptum, ut Imperator Aquisgrani, post consecrationem & præstitum juramentum alba vestitus, in album Canonicorum S. Petri reciperetur. Nec etiã præsidia crimen per hanc Pacificationem Imperator contraxit, cum non tam ad destruendam Sedem Romanam

nam sit inita, quam ad libertatem conscientie, quo quilibet tranquillus vivere atque omni perturbatione animi carere possit. Unde quoque in *Recess. Imp. de anno 1566. §.* Und nach dem *6. it. de anno 1582. §.* Welche von wegen *9. in fin.* post Tridentinum Concilium promulgatis Pacificatio religiosa (& consequenter suspensa Jurisdictio Pontificia) diferte approbata, imo ab Imperatoribus tam inviolabilis æstimata est, ut eandem a temporibus Ferdinandi hætenus in *Capitulationibus* confirmaverint. Vid. *Capit. Ferdin. I. §.* Wir sollen und wollen auch, *2. Capit. Maximil. II. §.* Gleichwohl so viel diesen, *2. Capit. Rudolphi II. §.* Zum ersten, *1. & §.* Wir sollen und wollen auch, *2. ut & Capit. Marb. Ferdinandi II. & III. iisdem §§.* Denique non amplius necessarium est, ut Augustanæ Confessionis socii ad Transactionem illam Passlaviensem aut leges Comitiorem solum respiciant, cum majoribus adhuc gaudeant immunitatibus per salutarem istam *Germaniæ Pacem, anno 1648. Monaster. & Osnabrug.* post diuturna molimina & difficultates gravissimas, cum universi Orbis Christiani applausu, & Partium, quarum intererat, Plenipotentiariis magno animorum consensu confirmatam. Mediante hac siquidem jus Dicecesanum & tota jurisdictio Ecclesiastica, cum omnibus suis speciebus, contra Augustanæ Confessionis Electores, Principes, Status (comprehensa libera Imperii Nobilitate) eorumque subditos tam inter Catholicos & Augustanæ Confessionis addictos, quam inter ipsos solos Augustanæ Confessionis Status, usque ad compositionem Christianam diffidii Religionis suspensa, adeoque Protestantes atque Reformata Pontificum & Sedis Apostolicæ potestate, quam hætenus sibi semper etiam in bonis Ecclesiasticis Evangelicorum asserere conati sunt, prout Evangelici in Gravaminibus suis *anno 1646. M. April. in Tract. Pac.* exhibitis conqueruntur: Daß der Pabst sich unterfangen, bey Evangelischen Primat Erzund Stifften auf die erledigte Prælaturen und Beneficia Provisiones zu geben, wie auch der den Evangelischen zustehenden Güter halber, noch für wenig Jahren Concessionen und Commissiones ertheilet, *re. Burgold. in Nor. Imper. part. 2. disc. 13. §. 2.* non solum iterum exeant; sed etiam a *Concordatorum* nexu in specie quoque per verba expressa liberati sunt, sicut quoad omnia

Concordatorum capita ex *Instrumento Pacis Casar. Svecic. art. 5.* diferte patet. Ibi namque quoad primum, tertium & quartum Concordatorum caput in §. 5. vers. *Si quid Annatarum* sequentia proponuntur verba: *Si quid Annatarum, Jurium Pallii, Confirmationum, Mensium Papalium & hujusmodi Jurium & Reservationum nomine in bonis Statuum Augustanae Confessionis Ecclesiasticis immediatis a quocunque, quandoque aut quomodocunque pretendatur, in validitate & executioni a brachio seculari impertienda careat.* Ex quibus sat luculenter apparet, quod Reservationes Beneficiorum per Pontificem conferendorum, *Menses Papales* atque aurifodinae Pontificiae venae ditissimae, *Annatae* scil. Evangelicos non amplius ligent atque obstringant, bleib̄t also das Geld daheim, walsahrtet nicht mehr nach Rom, secundum *Burgoldens. part. 2. disc. u. membr. 3. sub fin.* Quamvis etiam adhuc hodie in nonnullis Protestantium locis Annatae usu sint receptae, in eas tamen nihil juris sibi Curia Romana vindicare potest, sed dispositioni cujuslibet Superioris liberae relinquuntur, ita tamen, ut ad nullum, nisi pium adhibeantur usum, id quod etiam Lüneburgi observari, docet *Dn. Strauch. de Annat. cap. 3. sect. 2. §. 5.* Quae omnia quoque in Capitulis mixtae Religionis procedunt. Licet namque in his Menses Papales, aliaque jura Papalia adhuc obtineant, expresse tamen a Capitulares atque Canonicos ex numero Catholicorum restringuntur, siue Capitula ac beneficia Ecclesiastica sint immediata, siue mediata. *Vid. Instr. Pac. cir. art. 5. §. 5. In quorum autem Ecclesiasticorum bonorum immediatorum Capitulares & Canonici, vigore praefati termini, certo utrinque numero admittuntur, mensesque Papales id temporis in usu fuerunt, porro quoque, si decedentes Capitulares & Canonici ex numero Catholicorum defuncto fuerint, obtineant, atque executioni, casu eveniente, mandentur, modo Papalis proviso Capitulis immediate e Curia Romana & tempore legitimo insinuetur.* Atque §. 9. vers. *Omnia quoque, in verbis: Idem plane hic observetur de Mensibus Papalibus, quod supra de iis §. 5. dispositum est.* Quoad secundum vero Concordatorum caput de Confirmatione Episcoporum art. 5. §. 6. dispositum, quod Archi-Episcopi, Episcopi atque Praelati Augustanae Confessionis, non expectata scil. confirmatione Pontificis atque Pallii redemptio-

ptione, Bemäntelung oder Confirmatur, postquam intra annum electionis aut postulationis suis fidem fecerunt, absque ulla exceptione investiendi, ad Comitial Imperii vocandi, atque titulo Electorum aut Postulorum in Archi-Episcopum, Episcopum, Abbatem atque Præpositum denotandi sint. *Vid. cit. art. 5. Instr. Pac. §. 6. in verbis: Electi aut Postulari in Archi-Episcopos, Episcopos aut Prælatos Aug. Confessione addicti a Sacra Casarea Majestate, postquam intra annum Electionis aut Postulationis suæ fidem fecerint, & juramenta Regalibus consueta feudis præstiterint, absque ulla exceptione investiantur, utraque taxa ordinariæ summam, insuper ejusdem dimidium pro infeudatione pendant. Idem aut Sede vacante Capitula & quibus administratio cum iis conjunctim competat, ad universales æque, ac particulares Deputationum, Visitationum, Revisionum, aliosque Conventus Imperiales, literis solitis evocentur, & suffragii jure fruantur, prout quisque Statuum ante Religionis dissidia eorum Furium particeps fuit. Quæ vero & quot persona ad ejusmodi conventus mitti debeant, de eo Præfulibus cum Capitulis & Conventualibus statuere liberum esto. De titulis Principum Ecclesiasticorum ex Augustana Confessione ita convenit, ut absque tamen præjudicio status & dignitatis titulis Electorum aut Postulorum in Archi-Episcopum, Episcopum, Abbatem, Præpositum insigniantur.* Add. Citel Friderich von Herden in der Grundfeste p. 1. c. 5. §. Obwohl 3. in verbis: Obwohl eine geraume Zeit die Geistlichen Fürsten und Prælaten, so der Augspurgischen Contession zugethan, zu Reich Conventen weder beschrieben noch admittiret werden wollen, welches aus dem bemusten so genannten Geistlichen Vorbehalt im R. A. de anno 1555. §. 5. entsprungen, so ist doch nicht allein durch mehr angezogenen Osnabrückischen Frieden ihnen die Thür wiederum eröfnet, sondern auch von Ferdinando III. bey Ausschreibung des letzten Reichs Tags die Gebühr hierunter beobachtet worden, immassen denn darauf ein und ander von denselben durch Gesandtschaft erschienen, und die ihnen von neuen assignirte Stelle in Reichs Fürsten-Rath eingenommen. Ita tandem obtemperatum, ut, quod ante obtineri non potuit, Protestantium quoque Episcopi consensu Catholicorum fierent, atque sessionem in scamno inter Ecclesiasticos & Seculares intermedio transverso, Germ. Der Quer-

banck, capereant, quo hodie in casu alternativo Duces Lüneburgi-
ci, utpote Episcopi Osnabrugenses, Episcopus Lubecensis & Ad-
ministratores Magdeburgicus, qui per *Instr. Pac.* qualitatem Clerica-
lem ad vitam renuntiat, utuntur. Vid. *Autor. der Grundfeste p. 2. c. 5.*
§. Nach dem aber & §. und stehet dahin, ubi insimul annectit, quid
fortitan in posterum circa hoc scannum futurum. Melior proin-
de longeqe felicior, quod *jus Sacrorum* atque *Concordata Nationis*
nostra, Principum Protestantium est conditio, quam vel Catholi-
corum, vel ipsius quoque Imperatoris, qui hac in re a Pontifice de-
pendent, cum illi de Sacris proprio jure disponant. Quocirca hæc
Ecclesiastica potestas, tam care emta atque parta, Principibus Ev-
angelicis tanquam Sanctum Sanctorum existere debet, in quod
neminem præter se ipsos intromittant. Summum enim Prote-
stantium Imperii Status interesse in eo vertitur, ut hæc Episco-
palia jura fortissime atque maxime strenue adversus omnes impe-
ditiones Pontificum mascule defendant, sique axioma illud Mau-
ricii Hassia Landgravii, apud *Hortleder.* semper ob oculos habeant:
Daß die Freyheit in Religions-Sachen der Stände höchstes Regal sey.
Unde quoque *Dn. a Seckendorf in ingeniosissimo* des Teutschen Für-
sten: *Staats tract p. 2. c. 11. n. 2.* inter alia sequentia proponit: Daß
die Landes-Herrn des Protestirenden Theils, so wohl nach dem Grun-
de Göttlicher und Natürlicher, als auch nach Zulassung der üblichen
Reichs-Rechte und Satzungen, nebenst dem Weltlichen, auch das
Geistliche Regiment, so weit einer Christlichen Obrigkeit zukommt, zu
führen haben: maßen Sie denn dieses, wie billig, seiner Vortrefflich-
keit und Wichtigkeit nach, vor das größte Regal- oder Obrigkeitliche
Recht halten und achten. Hæc *Pacificatio Osnabrug.* Protestantibus
quoad *Concordata* tribuit. Fatemur equidem, quod nec hæc Pa-
cificatio sine contradictione Pontificiorum remanserit. E re enim
Curie Romanæ non facile fore prælagiebant Pontificis asseclæ,
cum tot adeo pinguis Sedi Apostolicæ subduci viderent patrimo-
nia. Variis proinde hinc & hinc editis præjudiciis Theologicis
eo laborarunt, ut Pacem hanc, tanquam Ecclesie Romanæ
maxime noxiam, impedirent, atque datam Protestantibus
rursus

rursus extorquerent; ipse quoque Innocentius X. Pontifex per Nuncium suum, Fabium Chisium, nihil non egit, ne Pax ista in Imperio coalesceret. Quapropter in Bulla sua, quæ an 1651. ex Typographia Cameræ Apostolicæ prodiit, non solum ab initio conquestus est, gravissima Religioni Catholicæ, Sedi Apostolicæ ac Romanæ Ecclesiæ per eandem esse illata præjudicia, in verbis: *Etenim pactioibus partim utriusque, partim alterius pacis bujusmodi, inter alia, Bona ecclesiastica ab hæreticis occupata illis eorumque successoribus in perpetuum addicuntur; Hæreticis Augustanæ, ut vocant, confessionis liberum suæ hæreseos exercitium in plerisque locis permittitur, & locorum pro ædificandis ad hunc effectum templis assignatio permittitur; ipsique cum Catholicis ad publica munia & officia, ac ad nonnullos Archiepiscopatus, aliasque dignitates & beneficia ecclesiastica, Precumque primariarum Ferdinando in Imperatorem electo, a præfata Sede Apostolica concessarum, participationem admittuntur; Annatæ, Jura Pallii, Confirmationes, Menses Papales, & bujusmodi Jura ac Reservationes, in bonis Ecclesiasticis dictæ Confessionis Augustanæ excluduntur; Confirmationes electionum, seu postulationum prætenforum Archiepiscoporum, Episcoporum, aut Prælatorum ejusdem confessionis, potestati seculari attribuntur; plures Archiepiscopatus, Episcopatus, Monasteria, Præposituræ, Balliviæ, Commendæ, Canonicatus, & alia beneficia & bona ecclesiastica, principibus hæreticis eorumque hæredibus, etiam sublata denominatione ecclesiastica, in feudum perpetuum sub dignitatis secularis titulo conceduntur &c.* Sed & postmodum totum pacificatorum negotium irritum reddere eique omnem vim atque auctoritatem detrudere voluit, in verbis: *Motu proprio & ex certa scientia, & natura deliberatione nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, prædictos alterius seu utriusque Pacis bujusmodi avriculos, cæteraque in dictis Instrumentis contenta, quæ Catholicæ Religioni, divino cultui, animarum saluti, eidem Sedi Apostolicæ Romanæ & in superioribus ecclesiis, ac ordini & statui ecclesiastico, illorumque per suis membris, rebus, bonis, jurisdictionibus, auctoritatibus, immunitatibus, libertatibus, privilegiis, prærogativis, & juribus quibuscunque quomodolibet officiant, seu præ-*

judicium etiam minimum afferunt, aut inferre, seu intulisse, & alias nocere, aut nocuisse, quoquomodo dici, intelligi, præendi, vel causari possunt cum omnibus inde securis & quomodocunque sequendis; ipso jure nulla, irrita, invalida, injusta, damnata, reprobata, inania, viribusque & effectu vana, omnino fuisse, esse, & in perpetuo fore: neminemque ad illorum, & cujuslibet eorum, etiamsi juramento vallata sint, observantiam teneri: neque ex illis cuiquam aliquod jus, vel actionem, aut titulum coloratum, vel causam præscribendi, etiamsi longissimi & immemorabilis temporis possessio, etiam circa ullam interpellationem seu interruptionem, subsequatur, acquisitum fuisse, necesse, minusve ullo tempore acquiri & competere posse: neque illatum statum facere vel fecisse: atque perinde ac si nunquam emanassent, pro non exstantibus & non factis perpetuo haberi debere: tenore earundem præsentium, decernimus, vel declaramus. At enim vero & hunc Pontificis conatum vanum extitisse, prolixè demonstrant *Dn. Conring. in animadvers. ad Bullam Innoc. X. c. 2. & seq. id quod vel inde ulterius liquet, quod non attentis brutis Pontificis fulminibus, declaratio Innocentiam a Cæsare & omnibus Imperii Ordinibus, etiam Catholicis, contemptim habita, contra vero altero statim post declarationis promulgationem anno in Conventu communi omnium Imperii Statuum hæpæ Pacis conditiones in Ordinem Legum publicarum, ac fundamentalium, uti vocatur, receptæ sint prout ex *Rec. Imp. de an. 1657. §. Unde aber beym ersten Haupt-Punct. 4. in verbis: Daß derselbe zu aller und jeder darinnen enthaltener Paßen und Vereinigung, Ge riß: und Sicherheit ein ewiges Gesetz und Sanctio pragmatika des H. Reichs-Fundamental, Satz und Ordnung verbündlich seyn, zu solchen End auch den nechsten Reichs-Abschied einverleibt werden solle. 17. & §. So haben wir um dessen allem 2c. §. atque subseq. §. Setzen demnach & futius patet. Quæ omnia unanimi consensu ab Imperat. & Stat. Imper. constituta sunt eo tempore, quo neminem fugere potuit, plane damnatum fuisse Pacis Instrumentum ab Innocentio Papa, & quidem publicata in vulgus Bulla, cumque adhuc viveret ipse Innocentius, imo cum in Curia tantum non omnia moderaretur infensissimus Pacis adversarius, Fabius Chisius, qui mox anno sequen-**


sequenti Pontificatum cum nomine Alexandri VII. fuit consecutus. Neque vero inter publicas duntaxat Imperii leges Pacificatio hæc recepta, sed etiam *Capitulationibus Imperator.* inserta est, ceu iidem parum ex *Ferdinandina*, partim etiam ex *Leopoldina* Capitulatione liquet, cujus posterioris *art.* Wir sollen und wollen auch, 2. iisdem, quibus prior, constat verbis, nisi quod sequentem adhuc præferat clausulam: Auch alle und jede wider den Friedensschluß eingewendete Protestationen & Contradictiones, Sie haben Mahmen, wie Sie wollen, und rühren, woher Sie wollen, nach besag erstgedachten Friedensschlußes, verwerffen, quæ protestationibus cum aliis, tum Chistianis, ut & Innocentii declarationi diserte satis opposita est. Ut proinde nihil certius sit, quam Capitulationum quoque Imperatoriarum sacris legibus jam tum bis Papales istas contra Instrumentum Pacis machinationes damnatas, adeoque in vulgus quoque coram universo orbe hac in re prostitutam esse Pontificum auctoritatem. Imo plane sunt, qui ferunt, ab ipso met optimo & prudentissimo Cæsare Ferdinando, conquerente apud Melcium Papalem Nuncium de publicata declaratione, iudicii imbecillitatem in Innocentio propterea notatam esse, quod stolidis consiliis abreptus declarationem istam promulgasset. *Dn. Covring. cit. loc. c. 4.* Opponat ergo se Papa, quomodo cunque velit, Protestantibus in Imperatoris fide, Imperii porro Comitibus, Pacificatione denique hac saluberrima satis post DEUM est præsidii. Quocirca hæctenus in *Capitulationibus Casareis*, ubi de observantia *Concordatorum* agitur, Protestantes, utpote quibus jura Episcopalia integra servantur, specificè excepti sunt, ceu cum primis ex Capitulatione *Leopoldi art. 19.* ejusque verbis sequentibus liquet: Doch so viel diesen Articul betrifft, unsern lieben Oheimen und Churfürsten zu Sachsen, Brandenburg und Pfalz, auch ihren Religions-Verwandten Fürsten und Ständen, ingleichen der ohnmittelbahren Reichs-Ritterschafft, und deren allerleits Unterthanen, und denen Augspurgischen Confessions-Verwandten, die Reformirte mit eingeschlossen, welche unter Catholischen Geist- oder Weltlichen Obrigkeiten wohnen, oder Landsassen seyn, dem Religion- und Prophanen Frieden, auch dem jüngst zu Münster und Ohnabrück ausgerichtetem Friede-
den

den Schluß, und was deme anhängig, wie obgemelbt, ohn abbrüchig, und ohn Consequenz, Nachtheil und Schaden. Quæ Protestantium exemptio in novissima hac *D. Leopold. Capitulatione* repetita vim inviolabilis Sanctionis merito habere debet. Vid. *Leopold. Albert. Schopp. de Postul. Prælat. c. 2.* ubi adhuc nonnulla alia ad *Concordata* nostra factentia exhibet, præprimis, quod *Concordata* Principum Germaniæ ita auxerint Episcoporum potestatem, ut omnes Pontificis reservationes, extra terras Ecclesiæ Romanæ proprie dictæ, ad nutum sancti Basileensis Concilii revocaverint, it, quod *Concordata* hæc Abbatiss Imperii, amplissima feudali Curia instructis, non restrinxerint potestatem & observantiam antiquam de rebus sub feudari solitis libere disponendi, de quarum tamen assertionum fide ex ipsis *Concordatis* atque hætenus deductis sat abunde constabit.

Atque hic terminalis Dissertationis nostræ finis esto. Non equidem singularem veniæ mentionem hac vice iterabimus, cum probe memores vivamus, quod forsitan lucidissimus Sol neminem mortalium unquam adspexerit, qui tam excellentis exactique fuerit ingenii ac judicii, ut non humani quid perpeffus sit in rebus suis. Quapropter cum & Nos hominum fruamur sorte, nihil quoque humani a nobis alienum putamus. Te proinde, Benignissime Lector! si votis nostris aliquid possumus, obnixè rogitamus, ut exemplum in Nos statuas, quo æquanimitas Tua nostram augeat industriam. Interim felicissime vale, infimulque Nobiscum
DEO gratias persolve humillimas.

T A N T U M!







Altdorf, Diss., 1679-80
X 131602

VD17







H. vir. 2. num. 19.

22
HEINRICI *Linck*,
DOCTORIS, ANTECESS. ET CONSIL NORIC.

COMMENTATIO
IVRIS PVBLICO-CANONICI,

DE

CONCORDATIS
NATIONIS
GERMANICAE,

P. 13.
ANTEHAC
IN VICEM DISSERTATIONIS
SVB EIVS PRÆSIDIO

IN
INCLVTA ALTDORFFINA

A
IOH. MICHAEL FALCK
PVBLICE VENTILATA

NVNC
OB PRÆSTANTIAM SVAM
RECUSA.

VITEMBERGAE,
IN OFFICINA HAKIANA.
M DCC XLII.

1680
95
(10)

KÖNIGLICH
UNIVERSITÄT
ZVHALLE